



Adm. D<sup>no</sup> Fr. A. Conzen Ill<sup>mo</sup> Nostri, Dignissimique Antistitis Secretarii  
hunc librum dono dedit mihi G. Hermanns Distr. Neomag. Decano 1817.


qui illum mihi Adamo Bernis, suo olim  
Satellano, hodie vero autem Parocho Gravio,  
dono dedit..... grato animi sensu Prælaro  
et eximio Viro Prænobili Domino M.  
P. H. Strens offeritur


Secretari  
1817.  
olim  
via  
Caro  
M.





Bu 160<sup>e</sup>













CONTINUATIO

HISTORIÆ  
ECCLESIASTICÆ  
DUCATUS  
GELDRIÆ

*Quondam a JOANNE KNIPPENBERGH Gelro-Heldensi  
descripta, complectens varia, quæ ab Anno MDCCI.  
memoratu digna in Geldriâ acciderunt cum aliquibus  
additamentis in præfatâ Historiâ desideratis, & ad  
hæc usque tempora perductis.*



BRUXELLIS,  
Typis FRANCISCI JOSEPHI D'OURS.  
MDCCCVI.

CONTINUATIO

HISTORIAE

ECCLIASTICAE

DECAE

LIBER I

IN NOMINE DOMINI AMEN  
HISTORIAE ECCLIASTICAE  
DECAE LIBER I  
IN NOMINE DOMINI AMEN



BRUXELLIS

Typographeus Josephus D'ours

MDCCLXXII



## P R Æ F A T I O.

Statuerat JOANNES KNIPPENBERGH Gelro - Hel-  
denſis Hiſtoriæ ſuæ eccleſiaſticae Geldriæ ſupplementum  
dare, ſeu continuationem ab Anno MDCCI. ad Annum  
MDCCXXV. in formam chronici digeſtam, complec-  
tentem ea, quæ in Geldriâ præcipuè ſuperiore uſque ad  
ejus partitionem memoratu digna evenerant tam in eccle-  
ſiaſticis quam rebus profanis, quod Supplementum  
hactenùs luce caruit; quare Poſſeſſor autographi,  
ne Poſteri priventur, illud prelo dignum cenſet  
cum quibusdam additamentis in opere deſideratis, & ad  
hæc uſque tempora perductis, notanter ſerie Reveren-  
diſſimorum Epiſcoporum Ruræmundenſium, qui omnes  
zelo, exemplo aut ſcriptis Eccleſiam exornarunt.



P R A E F A T I O

Strenuus Joannes KNIPFNERGH C. S. P. H.  
deus Hiltone sue ecclesiasticae Guberni supplementum  
dare, seu continuationem de Anno MDCCCLII et Anno  
MDCCCLIII in hunc modum expressit. Quod  
tenent ea, quae in Gubernii practico superiore sigillo ad  
omni partem in hunc modum sunt expressa. Quod  
satis deus vult. Quod si supplementum  
haec sunt haec sunt; quae sunt haec sunt  
ne hinc hinc sunt, illud patet. Illud patet  
cum quibusdam adhibentur. Quod si hinc sunt, & ad  
hinc sunt tempore hinc sunt, hinc sunt hinc sunt  
distinguitur. Et hinc sunt hinc sunt hinc sunt  
zolo, exemplo sui tempore hinc sunt hinc sunt.

---

# CONTINUATIO

## HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

### DUCATUS GELDRIÆ

*Ab Anno MDCCI usque ad Annum MDCCXXV.*

---

A N N O M D C C I.

**D**ECIMO quinto mensis januarii *Fredericus* Elector Brandeburgicus primus Rex Borussiae proclamatur, ac decima octava die dicti mensis in Koningsbergh Prussiae Metropoli in regem solemniter ungitur.

Neo-Rex ordinem equestrem nigrae Aquilae instituit, ac alia quae regiae Majestatis erant, peregit. Sparsa sunt in vulgus numismata aurea atque argentea, quae ab una parte ferebant *Fredericus Rex* unct: Regiomont: 18 January; ex altera vero parte: cum regiae coronae. *Prima mea gentis.*

Sexto Februarii Namurci, Luxemburgi, Montibus Hannoniae et in alias Belgii civitates, quas Batavi mixto cum Hispanis praesidio tenebant, noctis obscuro admissi sunt Galli, idque jussu Emanuelis Electoris Bavariae, tunc Belgicae Praefecti.

Mense martio Galli sub ductu Comitum de Cogny et Marchionis d'Allegre superiorem Geldriae tractum occupant; et quidem vigesima memorati mensis Ruramundam ingressi

sunt, mox Venlonam, Gelram, aliaque fortalitia praesidio, aliisque belli meditentis communiunt.

Electore Bavariae 23 Martii 1701. Bruxellis discedens Germaniam petit, accopiosam conscribit miliciam. Quem admodum Hispanicae ditionis loca Galli Hispanis juncti pro Philippo quinto in Hispaniis, tum Belgio tenebant, ita Regnum Neapolitanum ac Ducatum Mediolanensem in Italia occuparunt, eumque mox tum Neapoli, tum Mediolani Regem ac Dominum proclamant. Erat autem Neapoli Prorex Dux de Medina Coeli, Ducatum vero Mediolanensem Princeps Vaudemontius curabat.

Neapoli tamen plures inclinabant ad Austriacos; hinc conspiratio per multos nobiles contra Hispanos ac Viceregem facta, ast detecta. Inde adversus conjuratos pugnatum est, qui devicti fugam capescunt, pluribus captis ac punitis.

Imperator interea sub principe Eugenio exercitum numerosum in Italiam mittit, ut ea, quae erant haere-

Exordium belli.

PRODROMUS HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

ditatis Hispanicæ nempè Neapolim, ac Mediolanum occuparet: obsistunt Hispani, qui mox aucti copiis gallicis sub Catinatio, ac postea sub Duce de Villeroy: attamen per Cæsareos primò laceffiti: nondum quippè indictum bellum erat: ac propè oppidum Carpi fugantur.

Mense Septembri initum fœdus a Cæsare Leopoldo, cum Anglis, ac Batavis contra Ludovicum Galliarum Regem ejusque nepotem Philippum Hispaniarum Regem: fœderi impeperii Principes perè omnes accesserunt, si Bavaros fratres exceperis, Emanuele nempè Bavaricæ, ac Josephum Coloniensem Electores, qui Gallo ac Philippo ex sorore nepoti ad hæserunt; hinc in oppida diœcesis Coloniensis, Novesium nempè, Keyserweerdam, Rhenobercam Sontinæ (*Sons*) aliaque dictæ diœcesis loca miles gallicus admittitur.

Undecimâ Septembris Maria Ludovica Gabriel filia Ducis Sabaudicæ secundo-genita matrimonio jungitur Philippo Francisco Hispaniarum Regi: solemnitas matrimonii fuit Taurinii celebrata, ac die postera, nempè duodecimâ ejusdem mensis, Regina Hispanias petit.

Decimasextâ ejusdem mensis vitâ functus est in regio palatio S. Germani, qui in Gallis exulabat, Jacobus secundus Angliæ Rex, ætatis annum dum ageret sexagesimum octavum; sepultus in ecclesia Benedictinorum anglorum in suburbio S. Jacobi; ejus filius mox a Rege Galliarum salutatus Rex Angliæ sub nomine *Jacobi tertii*.

Ad cathedram Ruræmundensem, quam Reginaldus dimiserat, Hispaniarum Rex Philippus quintus delegit venerabilem Patrem Angelum d'Ongnies Capucinum, ex il-

lustri Comitum d'Ongnies et d'Estreës familiâ natum, ac regium in Burgundiæ et Castellæ Capellis, Ecclesiasten: Regis voluntati, ubi Clementis XI Pontificis confirmatio accesserat, Anthonius du Mont Decanus ac Vicarius Generalis Ruræmundensis vice Neo-episcopi possessionem Cathedræ cepit 27. Decembris, quæ erat dies sancto Joanni Evangelistæ sacra.

ANNO MDCCII.

Kalendis Januariis Humbertus a Precipiano Archiepiscopus Mechliniensis venerabilem Patrem Angelum d'Ongnies Episcopum consecravit Bruzellis in Ecclesiâ Patrum Capucinatorum: consecrationis solemnibus assisterunt Reginaldus Antverpiensium, Philippus Erardus Gandensium, nec non Guilielmus Brugsium Episcopi, ac decimanonâ mensis proximè secuti cum a Clero, tum Populo, obsequente etiam in armis milite Neo-episcopus in Cathedram Ruræmundanam introducitur ingenti honoris significatione: qui, rebus utcumque dispositis sollicitudine pastoralis cepit gregi suo intendere, Parochias inspicere, Sacramento confirmationis munire subditos, Verbum Dei annuntiare, maximè in adventu Domini ac Quadragesimâ, atque eo, quod instabat, procelloso tempore, Ecclesiam suam ac Religionem Catholicam pro virili tutatus est.

21 Februarii Philippus *Delphin* Gallici filius Ruræmundæ in foro solemniter ac consueto ritu Dux Geldriæ inauguratur, ac tantus belli comeatus unâ cum tormentis bellicis in Geldriam ex Brabantia advectus fuit, ut frumento condendo granaria Venlonæ ac Ruræmundæ haud sufficerent,

Venerab.  
Pater  
Angelus  
d'Ong-  
nies  
consecra-  
tur Epis-  
copus  
Ruræ-  
mond.

Obitus  
Jacobi II  
Angliæ  
Regis.

Obitus  
Willelmi  
III. An-  
glie regis

sed et Ecclesias ipsas, etiam Cathedralē, Monasteria eorumque ambitus, siligine, tritico et avenā ex parte opplerent.

Obitus  
Willelmi  
III. Angliæ regis

19 Martii obiit Wilhelmus tertius Angliæ Rex, cui Anna Jacobi secundi Regis filia, ac Georgio Daniæ Principi nupta successit, et 4 Maii ( novo stylo ) diademate regio solemniter more gentis decorata. Galli, vernante tempore, sub Duce de Boufflers per Belgium Geldriam petunt, transmisso propè Stevensweerdam ac Ruræmundam Mosā : eos protinus sequitur Dux Burgundiæ Delphini Gallici primo-genitus, qui Kalendis Maii Ruræmundam appulit pernoctans in Aulâ Provinciæ Gelricæ : postero die, ubi prius in Ecclesiâ nobilium Virginum vulgò het *Munster* Antistitis Sacro interfuerat, ab eo, uti ab obsequente Capitulo Cathedrali salutatus, ad castra propè Xantos perrexit.

Batavi numero Gallis impares, desertis propè Xantos castris, Cranenburgum usque sub Comite de Tilly recedunt, qui Gallos, silente agmine, neomagum properantes anteverunt, præcipiti adeo cursu, ut quos portæ Neomagenses non caperent, in munitiones ac vallum effunderentur. Hic Galli subsistunt, ac depopulatis, qui Mosam inter et Vahalim interjacent, agris, castra propè Clivos metantur, ipsamque Cliviam hostiliter vexant.

Mense maio Leopoldus Cæsar, Angli ac Batavi Franciæ Regi ejusque nepoti Philippo Hispaniarum Regi bellum indicunt, quæ indictio postmodum ex parte Cæsaris ac Romani Imperii in Octobri repetita est.

Inter hæc Elector Palatinus ac Princeps Nassavius Saerbrugh Cæsaris insulam impetunt circâ Aprilis medium, collectis, qui belli socii accesserant, Hassis, Brandeburgis, Batavis-

que : est autem Cæsaris insula oppidum apprimè munitum, dextræ Rheni ripæ adjacens, secundo infra Dusseldorpium lapide, ubi præter Patres Capucinos est egregium Canonicorum Collegium, et Ecclesia sancti Swiberti Cœpiscopi sancti Willibrordi, qui cum sociis Anglo-Saxonibus Frisones, Batavos, Vestphalos, vicinorumque incolas a gentilismo ad Christum converterunt initio Sæculi septimi, estque S. Swibertus in eadem Ecclesiâ sepultus, ac miraculis clarus, prout hæc latius referuntur in historiâ nostrâ ecclesiasticâ lib. I. cap. V. Hoc oppidum jussu Septemviri Coloniensis præsidio gallico firmatum erat; obsessis id opis accesserat, quod Comes de Tallart a Boufflerio submissus cum copiis gallicis cis-Rhenum è suggestu tormentis hostem trans-rhenanum quateret, idque magno obsidentium impedimento : missus insuper a Tallardo per pontem sublicium identidem in oppidum integer miles, qui continentes Germanorum assultus pro virili retunderet, dum saucius intereâ miles Venlonam curandus veheretur, præter angustiam loci infesto igne omnino consumpti, id quoque incommodi obsessos premebat, quod præter missiles ignes magnam vim lapidum hostis ex mortariis mitteret, qui coribus inclusi ac ad certam mensuram in aëra librati in obsessorum capita grandinis instar deciderent, quibus avertendis crassiorum asserum tabulato sese obsessi tuebantur.

Consumptâ igitur utrimque ingenti hominum multitudine, oppidum decimo quinto Junii in Germanorum potestatem transit. Pacta ac conditiones tradendi oppidi a Principe Nassovio, ac Marchione de Blainville loci Præfecto signata sunt.

Keysera-  
Weerda  
obsessaet  
subjug.

Mox portæ et reliqua, quæ supererant munimenta solo æquantur; supererat turris firma admodum et excelsa Rheno imminens, ceu frenum amnis, hæc magno etiam præsidio obsessis fuerat, quam hostis tormentis bellicis et bombis incassum fatigaverat, ex quâ Præfecti Gallorum tutò hostium castra eorumquæ operas speculabantur, hæc turris supposito pulvere tormentario demum subversa est, jacetque hactenus oppidum in ruinis suis sepultum. Sola quippe Ecclesia Capucinorum immunis manserat, at Ecclesia S. Swiberti Collegiata etiam igne consumpta, jam ex ruinis augustior, quam ante, cura Canoniorum surrexit. Tempore obsidionis magnopere trepidatum erat Dusseldorpii duabus leucis Keyersweerdà dissiti; Tallart quippe Gallus, qui obsessis è ripâ Rheni Belgicâ præsidio erat, quasdam Copias ex adverso Dusseldorpii locavit, cæpitque excitare tormentorum et mortariorum sedes, ut Dusseldorpium Electoris Palatini Aulam Civitatemque martio igne impeteret, hinc magnâ præcipitantia tumultuariè ex Urbe et Aulâ esserunt quæcumque, in agrum montensem extra portas. At Dusseldorpienses præter trepidationem nil damni perpassi sunt; Tallardo cum suis ad castra keyersweerdica regresso. Submotis igitur trans Rhenum Gallorum Copiis, Germani propè Neomagum Batavis junguntur, quibus et Angli sub Duce Malburgio in Mockensi ericeto accedunt; ac coadunatis ita copiis (octoginta millia dicebantur) transmissis propè Graviam Mosæ flumine rectâ Brabantiam milite vacuam petunt, positis Achel inter et Hamont in Campiniâ Leodiensi castris. Galli,

Galli  
Cliviam  
deserunt.

qui propè Clivos hactenus substiterant, sese interclusum iri metuentes, Mosam propè Neer infra Ruræmundam ea celeritate transmittunt, ut fæderatorum copias prætergressi etiam in Campiniâ Leodiensi subsisterent: ubi inter utrumque exercitum præter velitares pugnas nil memoratu dignum actum fuit.

At Fæderati, ne reliquum æstatis irritò transigerent, Geldriam Hispanicam occupare statuunt, Gallis ob submissa in Italiam ac Germaniam auxilia admodum imminutis: missa igitur fæderatorum millia decem sub imperio Domini de Obdam Batavi, ejectisque prius è vicino castro de Grevenbroick Gallis, castrum etiam weerthense, quod oppido adjacet, impetunt. Miles gallus immissum ignem ob loci angustiam diutius ferendo impar, honesta pactus circa Augusti medium Ruræmundam ductus est. Weertha autem oppidum, eique contiguum castrum quondam fuit Comitum de Horn sedes ac Dynastia.

Fæderati igitur indè Venlonam properantes, xxviii Augusti in Parochiâ nostra de Helden pernoctant, servata utcumque disciplinâ militari. Præter Dominum de Obdam Copiarum Præfectum erant suffraganei Generales Comes nempe de Tilly, qui ad tutelam domus meæ equitem mihi concesserat, ac Generalis de Rhoe. (1) Dominus in Baerlo; postera die Venlonam petunt tribus leucis a pago de Helden dissitam, ac fortalitium Sancti Michaëlis, quod Venlonæ objacet, obsidione cingunt; oppidum verò, quod Mosa interfluvius a fortalitio sejungit, reliqui ex Germania fæderati concludunt: at tormentis

(1) Joannes Baro de Rhoe d'obsennich, Dominus in Baerlo & Equitatus Batavici Generalis in Lusitaniam missus ibidem obiit 11 July 1704.



bellicis ob aquæ penuriam, adverso Mosa, serius advectis, undecima demum Septembris obsidio seriò promotâ est; eratque rei tormentariæ Præfectus Friso (cui *Cokorn* nomen) ac apud fœderatos eo nomine in bellicis expeditionibus admodum celebris. Disjectis vi tormentorum fortalitii mœniis, adituque aperto xviii Septembris, hinc Angli Batavique, inde Prussii primas munitiones transgressi, ac præsiario militi per continentem pugnam immixti in ipsum fortalitiu enituntur: præsiarii in arcto positi neque hosti jam pares, ad civitatem trans Mosam fugiunt; at ab hoste præventi ac interclusi sese dedunt, inter quos eminentius erant Dominus Amenzaga fortalitii Gubernator ejusque filius: Brigidarius Wrangel aliique militiæ Præfecti. Inter diditios erat R. Pater Hemting Minorita fortalitii Sacellanus, qui et capite saucius ægrè mortem effugerat. Hic cum reliquis captivis ad Castra Batavorum ductus a Barone de Wittenhorst, Domino in Horst benignè in tentorium susceptus vulneri curando tempus ac medicamenta accepit; inde dimissus obligato adhuc dum capite apud me in Helden hospes divertit ad alium Conventum sui Ordinis transiturus. Subacto fortalitiu mox in Blerickensi Mosæ ripâ (est autem Blerick pagus ex adverso

Venlonæ, Mosæ adjacens) paratur tormentorum sedes, inde machinarum vi murus ex adverso inter molam aquaticam ac portam tiegelensem dejicitur: inter tormentorum globos interludebant alii missiles ignes, bombæ nempe, ac pyroboli ex mortariis minoribus (haubitzen vocant, recens inventum) ejaculati, eo igne Conventus Monialium Annuntiatarum in *Cedron*, (1) aliæque domus portæ tiegelensi vicinæ ardebant; alias quoque domos maximè in platea *het maes Schriecksel* infestus ignis absumpsit. (2)

Erat aliud quoque malum Venlonam premens, nempe dysenteria, quæ militem juxta ac civem depascebat: tum et saucii ex *Keysersweerde* magno adhuc numero jacebant: miles insuper præsiarius utpote non usque numerosus, hosti jamjam assaultum paranti haud par. Cives igitur Gubernatorem deprecati; locum dedat, neve extrema expectet, ac ita Civitas militi maximè acatholico in prædam fiat. Vigesima igitur tertia Septembris certa lege Venlona deditur, ea conditione, ut nempe miles honoratè decedat: Civium ac Regularium privilegia, nec non Catholica Religio, ejusque publicum exercitium, ut ante, salva maneant: dispositio Magistratûs penes Batavos esto. Ecclesia verò sancti Georgii in usum novatæ Reli-

Venlona  
a fœderatis  
casaris  
subacta.

(1) Ecclesia Monialium Annuntiarum reædificata est anno 1730 vel 1731.

(2) Absumpsit etiam Foundationem ac Ecclesiam duodecim veterorum hominum ibidem morantium qui habebant victum & amictum, vocatum lingua teutonica (*Het Mans Huys*) & aliquarum Viduarum vel Filiarum separatim habitantium, quæ tantum habebant panem; sed anno 1776 ad 1777. Dotatæ fuerunt a Domicella *Haeken*: ita ut modò habeant victum non amictum. Fundatio hæc faciebat angulum (*van het maes en Henschrickel*) cujus vestigia adhuc extant.

gionis cedat. Pacta firmantur in castris venlonianis 23. Septembris a Principe *Walramo de Nassau* exercitus fœderati Duce, ac Comite de *Waro* Governatore Civitatis. Domino *Labadie* militiæ gallicæ Præfecto, *Courten*, Valori. Capitulationis articulos (sunt triginta) missos facio, cum alia ex post pacta in tractatu de *Barriere* infra adducendo a Cæsare ac Batavis pro Venloniensibus inita sint

Dysenteria non tantum Venlonæ, uti dictum, sed et in tota Geldria superiore plurimos hoc tempore sustulit, quæ circa medium Augusti cepit, ac circa finem Novembris grassari desiit. Alia tamen incommoda saltem gravia, ut per prædationes ac pabulationes ex castris fieri solet, Patria nostra haud perpressa est; avena quippe ac pabulum equorum ad castra, uti et reliquis commeatus subministrata sunt.

Venlonâ itaque expugnata, continuo Ruræmunda ac Stephani insula (stevensweerd) obsidione cinguntur, et Comes de Noyelles stevensweerdam obsidet, deductis a Mosæ Trajecto machinis, quibus concussa deditur secundâ Octobris.

Inter deditiois Capita primum erat, ut miles cum Præfectis militari honore Namurcum abeat: quod Oppidani suâ, prout cuique visum fuerit, Religione vivant. Signata hæc sunt in castris de stevensweerdt secundâ Octobris 1702. Subscriptum: *Comes de Noyelles*. Radda.

Interea è castris venlonianis missus Ruræmundam cum equitatu Comes de Tilly 25. Septembris; postera mox die secutus reliquus exercitus, ac tormenta bellica. Secundo igitur Octobris fossæ obsidionales (appro-

ches) aperiuntur ex duabus partibus; et quidem ex inferiore parte Mosæ per Prussios sub Comite de Lottum; ex alia parte fluenti Ruræ a Batavis dirigente Generali de Fagel; excitati interea tormentorum ac mortariorum suggestus; è quibus sexta Octobris, quæ erat divo Brunoni sacra, mane circa nonam cepta feriri civitas, tantâ vi præsertim ex monte Levino (lewerbergh) similiter ex parte molendini, ut spatiosa ruina ad portam venlonensem per mœnia ac murum hosti pateret.

Obsessi assaultum sub noctis obscuro veriti circa septimam vespertinam dedendæ urbis signum hosti ostendunt. Pacti igitur deditiois articuli 43. horum contentum præcipuum erat.

1.º Ut Catholica Religio liberè, ut ante, exerceatur Ruræmundæ.

2.º Episcopus et ut reliqui Ecclesiastici, insuper Religiosi ac Cives in jure suo ac privilegiis manuteneantur.

3.º Præsidarius miles honoratè abeat Lovanium.

4.º Ad publica munia homines utriusque Religionis promoveantur, idque arbitrato Batavorum.

Signatum in Castris Ruræmundanis septima Octobris 1702. *Walrad Princeps de Nassau*. Erat autem Ruræmundæ Governator Dominus de Zoutelant, cui suffectus est Princeps de Holstein-Beeck nomine Batavorum, quibus data est Ecclesia Sancti Spiritus, quam Sorores Pœnitentes possidebant, quæ tamen in Conventu suo Ecclesiæ juncto manserunt.

Dum hæc agerentur in superiori Geldria, Comes Malburgius in Campiniâ Leodiensî cum exercitu adversus Gallos eorumque Ducem Bouffierium excubans, acceptoque de sub-

Obsidio  
Ruræ-  
munden-  
sis.

Capitu-  
lario.

Leodi-  
cum fo-  
talitæ  
pugna-  
tum.

actis ad Mosam Geldriæ locis, rectâ Leodium petit, ibique 13. Octobris propè Castra metatur. Urbs hæc ob imminentem hostem trepida, atque ob inæqualem ac sinuosum fitum capi facilis, inito cum Malburgio ac Hollandiæ Deputatis pacto, circa medium Octobris salvis privilegiis deditur. Miles gallicus, qui in urbe præsidium agebat, ad arces se recipit, quarum altera ad dexteram, altera ad sinistram Mosæ, urbisque partem sita est.

Leodium cum fortalibus expugnatum.

Cohornius rei tormentariæ Præfectus, adductis ex Ruræmundensi obsidione per Mosam tormentis, arcem, quæ a sinistris Leodium tegit, continenti tormentorum vi triduum concussit, adeo ut, dejectis muris, spatiosus obsidentibus aditus pateret, qui 23. Octobris circa quintam horam postmeridianam in muri ruinas assiliunt tantâ vi, ut post prælium, quod utrimque acerrimè gestum est, obtinuerint locum captusque simul in pugna Dominus Violaine arcis Præfectus, unâ cum reliquo milite multum faucio. Impetum irruentis militis dirigebant Domini Generales Fagel et Somerfeldt Batavi. Indè è vestigio ad sinistram Mosæ partem translatae machinæ, atque 29. Octobris arx altera, in rupe ac Monasterio Carthusiano posita impetitur. Dux Hasso-Cassellius obsidioni promovendæ, militique præerat. Arcis Præfectus (Millon Gallus) ubi ingentem machinarum vim peressus erat, ne et ipsum præsidium, uti in altero fortalio, hosti in prædam cederet, honestâ lege in obsidentium potestatem transiit, ductusque cum milite Antverpiam.

Post eas ad Mosam ac in Geldriâ nostrâ expeditiones, autumnante Cælo, miles in hiberna dimittitur. Angli ac

Batavi in Geldriam atque Hollandiam distributi, Germanis versus Rhenum digressis.

Non minori fervore in aliis Regionibus hac æstâte inter partes bellatum est: et quidem in Italia Princeps Eugenius Cremonam a Gallis Hispanisque insessam nocturno astu interceptit in fine Januarii: miles præsidarius, cum in istis temporis angustiis jungi non posset, attamen facta tumultuaria manu, rem fortiter pro re nata gerebat, adeo ut Princeps Eugenius post horas decem eandem urbem deseruerit magno utrimque cæsorum numero: captus inibi Marchallus de Villeroy Gallicæ militiæ Dux, in cujus locum Galliæ Rex Ducem de Vendosme suffecit.

Italia.

Trigesimâ July Ludovicus Galliæ Rex Cæsari, Anglis, Batavis, cæterisque Cæsari junctis bellum indicit. Interea Philippus Rex iturus in Italiam, Mense Febuario Madrito discedit, petens Barcinonam quousque Reginam itineris Comitem habuit: octavo Aprilis Barcinonâ solvens felicibus velis in Portum Neapolitanum xv. dicti mensis appulsus est, ac postridie magna honoris significatione a Duce d'Escalona Vice-Rege ac Neapolitanis exceptus est; qui, cum ei fidelitatis Sacramentum dixerant, aliisque, quæ regiæ curæ erant, actis, 2. Juny Neapoli solvens legit Italiam & italicum Maris littus; ac a Duce et Ducissa sabaudicæ salutatus, 18. Juny Mediolanum ingreditur, quem Princeps Vaudemontius ac Civitas pro dignitate regia suscepit, postquam necessaria curaverat, ad Castra Hispano-Gallica propè Cremonam posita profectus est. Philippus Rex ac Dux de Vendosme Gallo-Hispanis præerant, Princeps Eugenius Cæsareos ducebat: præter velitares pugnas acerrimum prælium

Philippus Rex Italiam petit.

propè Luzara xv. augusti extitit, ubi ob æquatam tum militis tum Ducum virtutem, nocte pugnam dirimente, utraque pars sibi victoriam arrogabat. Post hæc cum nil digni actum sit, Philippus Mediolanum repetit; inde initio Novembris discedens navibus gallicis in Provinciam pervenit, ubi in itinere terrestri per Languedociam xx. Decembris Barcinonam advenit in Hispanias redux.

Classis  
Batavo-  
Anglica  
Oppugnat  
Hispanias  
propè  
Cadix.

Neque Angli Batavique feriati, quin fortissima classe Hispanias quætere intendant, ipsamque urbem Gauditanam, primarium Hispaniæ portum, debellare. Dux d'Ormont militia præerat, architalassus Rock classem curabat; 17. Augusti propè Gades inter Rottam & fortatiliam S. Catharinæ miles e classe in terram ductus: incolæ viso hoste territi ad oppidum. S. Mariæ leucâ inde difsitum fugiunt. Dux Ormontius Hispanos leniter tractare satagens, eos edicto revocat significans se non ut hostem sed ut amicum nomine Caroli Austriaci venire: intereâ oppidum S. Mariæ exiguo præsidio defensum occupat; ast miles acatholicus contineri non poterat, quin in Ecclesiis Catholicas involaret, Sacra comminueret, opulentiores insuper Civium domos expilaret, quod ubi passim innotuit, universam concussit Hispaniam, ipsosque Hispanos oppidò Catholicos usque irritavit, ut vicinæ passim urbes, nobilis juxta & agricola arma adversus hostem capesserent. (1)

Angli Batavique, qui se nil jam profecturosati, classem cum prædâ repetunt 8.bris medio, succensis hincinde in vicinia domibus. hostium postremos usque ad navigia Hispani persecuti sunt. Cum, re itaque infectâ, inde classis solveret, intellectum est, aurum argentumque indicum ex Americâ in Hispanias portandum propè adesse sub conductu gallico, cui præerat Chateau-Renaud gallus; hic, ubi acceperat potentem hostium classem sibi imminere, ad portum Vigos in Galliciam deflexit, expositurus, qua poterat celeritate, thesaurum indicum, antequam hostis adesset, quem ad civitatem Lugo xxv. horis inde disitam vehi jussit; quod ubi ferme absolverat, hostis adest, portumque ingreditur; post pugnam Gallus hosti impar naves reliquas succendi jubet, quarum aliquot combustæ, aliquot antequam arderent ab hoste captæ. Reliqui thesauri indici, qui ob temporis angustiam transportari haud poterant, iis in prædam cesserunt.

In Germaniâ Marchio Badensis Cæsarei exercitus Dux cum reliquis Imperii copiis Landavium medio Junii obsidet per Melac Gallum defensum; Josephus Romanorum Rex Leopoldi Cæsaris filius xxvii. Julii positurus prima belli rudimenta in castra cæsarea appulit: hinc Landavium majori vi impetum, decima Septembris deditur. Romanorum Rex Mense Novembri Viennam regreditur; intereâ Marchio Badensis superiorem Rhenum petens, Brisacum inter et Hunin-

Josephus  
Rex  
Romanorum  
Landavium  
expugnat.

(1) Nota. In litteris ex Classe Anglica scriptis, est stylus vetus, ex Classe Batavica est stylus novus quæ differentia ad minus est decem dierum. Hinc fit concordia temporis in rebus ibidem gestis.

Prælium  
inter Cæ-  
sareos &  
Gallos ad  
superio-  
rem  
Rhenum.

gam dictum flumen trajicere cogitat, Galli sub Marchione de Villars Cæsareos, ne in Alsatiam irruant, transitu Rheni arcant; hinc propè Tridlingam inter utrumque exercitum acerrimum prælium intercessit dubio, ut ferunt, marte; Cæsareis tamen, ne transfirent, flumen interdictum. Cæsar Leopoldus cum Imperio Romano bellum indicit Regi Galliæ ac Philippo Duci Andegavensium. Initio Novembris Galli sub Comite de Tallard oppidum de Traerbach inter treviros & confluentias ad mosellam situm occupant.

Galli  
oppidum  
Traer-  
bach ad  
mosellam  
occupant.

ANNO MDCCIII.

Rhenobercam ac Bonnam Electoris Coloniensis oppida ad inferiorem Rheni tractum hactenus tenebant Galli, & Hispani oppidum Geldriæ: ea loca per Cæsaris fœderatos hæc ætate subacta sunt; & quidem Rhenobercam a Prussis mense Octobri elapsi anni occlusam, igneque martiali fatigatam, non hostilis ignis, ast fames, quam brumale tempus auxerat, demum expugnavit, ac Prussis tradita.

Rhenoberca  
deditur  
Prussis.

Septimâ Februarii 1703. deditiois pacta signarunt Comes de Lottum Prussiarum militiarum Dux, ac Marchio de Grammont Gallus loci Governor. Miles præfidiarius honoratè decedens in Brabantiam ductus.

Bonna,  
Huyum  
ac Lim-  
burgum  
per fœde-  
ratos Cæsaris sub-  
acta.

Interea Malburgius fœderati exercitus in Belgio Dux, circa 24. & 25. Aprilis Bonnam obsidet; præparatoriis ad obsidionem per Cohornium tormentariæ rei Præfectum factis, sub initium Maii Bonnam tormentis quaterer cœperunt, ac 15. dicti mensis dedendi loci pactio facta ac signata a Duce Malburgio & Marchione A-

legre Bonnæ Governatore. Hinc Elector Coloniensis in Belgium secessit, ubi mansit usque ad belli finem. Cum igitur ad inferiorem Rhenum nil residui Gallis esset, Malburgius Mosam versus Copias duxit, ac Huyum Leodiensis ditionis, quod oppidum Mosæ imminet, Cohornii machinis concussum octiduo subegit 26. Augusti, milite præfidiario in captivitatem ducto. Inde Copiarum partem sub ductu Principis Hasso - Casselii mittens Limburgum Regis Hispaniæ oppidum obsidet, è vestigio Malburgius secutus ipse, ubi locum machinis ob iter impeditum serius adductis coarctaverat, Limburgum 27. Septembris traditur.

Consilium supremum Ruræmundæ, postquam Geldria superior per fœderatos Cæsaris subacta, ad interim Batavorum imperio pareret, suas in Curia sessiones aliquanto tempore suspendit, ac DD. Status fœderati Belgii desuper consuluit; qui post resolutionem 24. ejusdem mensis datam respondent, quod provisionaliter Consilium in suis functionibus continuaret, & justitiam nomine DD. Statuum administraret. Hinc sessiones suas circa Majum resumit. Episcopus Ruræmundanus de grege suo sollicitus districtum Werthensem visitat, ac, peractis Paschæ solemniis, Graviam ac Neomagum tendit, ubi honoratè susceptus, nullo prohibente, muniis episcopalibus in eo districtu functus est; inde redux, post Pentecosten ditionis Kessellensis Parochias inspexit. Porro cum ob perpetuos belli motus ærumnasque, quas Geldria nostra perpessa fuerat, ruricolæ admodum essent extenuati, Antistes rogatu Primatum Geldriæ Bruxellas petit, deprecaturus, ut tributa Galli aut remittant, aut saltem minuant; ast in prece sua non auditus, sub finem Octobris in Gel-

Episco-  
pus Ru-  
ræmond.  
Wert-  
han, gra-  
viam, ac  
Neoma-  
gum visi-  
tat.

driam rediit, ac post festum omnium Sanctorum Hagam-Comitis concessit; attamen ante festa natalitia ad Cathedralam suam redux.

Bavarus  
aliqua  
loca ad  
Danu-  
bium oc-  
cupat.

Ad Danubium Elector Bavaricæ ut ditiones suas tempestivè adversus Cæsaris ejusque fœderatorum arma firmaret, varia ad Danubium ac circum oppida urbesque occupat, ut puta Neoburgum, Ratisbonam, Augustam-vindelicorum, Passavium &c. Electoris Copiis Marchallus de Villars Gallos junxit, quos per sylvam nigram hæctenus aliàs imperviam duxit verno tempore; hinc Comitatum Tirolensem ejusque Metropolim Insbrugum Bavarus occupat, ut per Montes se jungant Gallis sub Duce de Vendosme Tridento incumbenti; ast, intercluso per Cæsareos ac ruricolos Montium transitu, Bavarus, deserto Tirolis, Danubium petit, ac prosperè aliquot præliis contra Cæsareos ejusque Fœderatos pugnavit.

Ad Rhenum superiorem Dux Burgundicæ Delphini filius, ejusque militum Vicarius Marchallus de Tallard mense Septembri Brisacum expugnat; inde digressus Tallard Landavium obsidet, ac post casus propè Spirback Germanos in subsidium Landavii intentos, 5. Novembris locum ad deditionem coëgit.

Dux de Vendosme, ubi irritò conatu suas Bavari Copiis jungere tentaverat, subito itinere Copias in Ducatum Mantuanum ducere à Rege jussus, Ducis Sabaudi legiones Gallis adhucdum immixtas 29. Septembris armis nudat, captivasque tenet; nam Sabaudicæ Dux, renuntiato Hispanico Gallicoque fœdere, se junxerat Cæsari; cujus Copiæ mox sub ductu Visconti & Starembergh in auxilium Ducis Sabaudicæ profectæ sunt. In Hispaniis Philippus Rex ad imminens

bellum haud segniter arma parat.

Bello igitur hæc æstare inter partes variâ fortunâ gesto, Leopoldus Romanorum Imperator Vienna Carolum filium secundo-genitum 12. Septembris decernit, proclamatque Hispaniarum Regem sub nomine *Caroli tertii*; postquam Leopoldus ipse ejusque primo-genitus Josephus Romanorum Rex hæreditati Hispanicæ in favorem Caroli renuntiasent, post plausus ac congratulationes Neoregi factas, decimanonâ memorati mensis Carolus Rex Hispanias petiturus Viennâ circa vesperam discedit, rectâ Duffeldorpium tendens, ubi decima sextâ Octobris post meridiem appulit: ab avunculo Electore Palatino perbenignè, ac regio more susceptus, aliquot ibidem diebus substitit, quem Deputati Colonenses, Aquenses, Leodienses obsequiosè salutabant; ast Geldriensium nemo, fortè aliundè impediti.

Carolus  
Austriac-  
us Rex  
Hispania-  
rum re-  
nuntiarus,  
Hispanias  
petit.

Demum xxix. dicti mensis in navi prætoriâ, quam illi omninò regiam adornaverat Elector, inferiore Rheno decedens, Hagam Comitis tertio Novembris advenit, inde Angliam versus, postquam Classem vigesimâ Novembris conscenderat, adverso vento ac sævâ tempestate jactatus, vigesima secundâ denuò in Hollandiam rediit, undè sub initium subsequentiis anni conscensâ denuò Classe, in Angliam, ut dicitur, transit.

Intereâ ut ad Geldriam nostram sermo redeat, concluso per æstatem Geldricæ oppido, ut ante memoratum, Prussii propius accedentes trigesimâ Septembris suggestus sedesque locandis tormentis bellicis excitant; et quidem prima sedes ante portam Geldriensem locata est, altera ad Ilsemensem, tertia denique ante portam lapideam: iis ita paratis, tertiâ

Bombar-  
dario op-  
pidi Gel-  
driensis.

Octobris post meridiem è duobus suggestibus oppidum tormentis impetere cœperunt, quæ Machinarum vis, ubi tridud tenuit, Comes de Lottum Caduceatorem obsessis mittit, ni oppidum dedant, igne martiali subvertendum. Gubernator (erat N. Dominus de Betis Hispanus) respondet, locum se ad extrema defensurum. Oppidani imminens malum facile suspicati, cuncta in locis subterraneis recondidère, maximè in caveis Patrum Carmalitarum, ac Monialium ejusdem Ordinis, quæ receptacula asseribus, trabibus, firmo aliisque meditentis adversus martialem ignem firmabant.

Septimâ igitur Octobris (erat dominica dies) ex tribus sedibus primâ luce oppidum quatere cœperunt (mortaria erant 32, tormenta bellica multo plura) tantâ vi ac fragore, ut pluvix instar è Cælo ignis rueret, obvia quæque sterneret, ipsamque caveam apud Moniales Carmelitanas, variis licet tegumentis firmatam, decidens pyreuma, seu bomba usque ad ima penetravit; id tamen, Deo protegente, factum est, ut ex latentibus inibi sœminis (sexaginta ferme erant) nil nisi animi deliquium, mortisque metum perpessæ sint, cæterum pulvere terræque æthiopissarum instar denigratæ. Ea vis (bombardatio) usque in seram noctem protracta est, arsitque Conventus Monialium tertix regulæ S. Francisci, ac plura ædificia in favillam abeunt. Sub noctis obscuro, ubi hostilis ignis non nihil remitteret, plerique ex caveis ad propugnacula securitatis ergo currebant, ubi tamen plurimi extincti sunt. Sub crepusculo sequentis diei resumptus missilium ignium impetus, adeo, ut oppidum ex fragore tremere: circâ tertiam pomeridia-

nam hostis vexilla plicat, misso ad Gubernatorem nuntio, aut locum dedat, aut extrema patiat. Imbellis sexus lachrymis Gubernatorem fatigat, ut locum tradat, ac Civium miseretur; ast Præfecto hisce nil moto, secutâ mox die martialis ignis oppidum fortius concussit.

Parochialis Ecclesia, quæ tertio jam ignem conceperat, nunc demum, cum nulla ignis restinguendi daretur facultas, cum universâ supellectile sacrâ arsit: insuper Ecclesiam ac Conventum Patrum Capucinatorum flamma absumpsit, tenuitque incendium totâ nocte: attamen Patrum Carmelitarum Conventus, Ecclesiæ Parochiali contiguus, tametsi die sequenti, quæ erat mercurii, ac quarta bombardationis dies, ollis incendiariis, bombis, cæteroque hostili igne impeteretur, crebrò licet arderet, protegente Deo ac singulari Regulæ diligentia servatus est; atque cum præcipua jam ædificia jacerent, non destitit tamen hostis ferramentis, lapidibus, ollis, pyrobolis usque in diem Dominicam obsessos fatigare; quâ licet die a pyrobolis, missilique igne abstineret, continenti tamen machinarum tonitru usque ad vesperam sequentis diei oppidum quatibat. Die igitur decimasextâ Octobris cessabat bombardatio, hoste ad pristinas stationes regresso.

Injecta, ut postmodum intellectum, sex millia pyrobolorum (bombas dicunt) ollæ incendiariæ sexcentæ; hujusmodi quippè olla instar urnæ circulis ferreis in se concludit materiam pyriam, quæ accensa flammam duodecim omninò pedibus in altum ducebat; erantque minores pyrobo i ollæ inter reliquam materiam inclusi, qui disrupti, eos, qui restinguendo

igni propius accedere vellent, concu-  
terent.

Post obsidium hujus modi ollas in-  
ter ipsas oppidi ruinas Geldriæ vidi.  
Tormentorum globi duodecim mille:  
ferramentorum, lapidumque injecto-  
rum non erat numerus, neque ratio,  
adeo ut mirum sit; non omnia cum  
hominibus fuisse absumpta.

Permanserunt tamen duo Conven-  
tus Carmelitani utriusque sexûs,  
tametsi multum perforati, insuper  
Ecclesia cum Monasterio Canonica-  
rum regularium Sancti Augustini  
vulgò Nazareth.

Oppidani post perperam hostilem  
ignem dispersi atque angustiati, ad  
suos quisque lares remeant, sub  
ruinis contra aëris injurias ac bru-  
male frigus latibulum quæsituri, ubi  
cum menses omnino duos transegi-  
sent, neque ulla auxilii spes appare-  
ret, utpote universâ Patriâ per Fœ-  
deratos Cæsaris subactâ, Rex ipse  
Civium suorum misertus, loci Præ-  
fecto significat, locum hosti sub ho-  
nestâ lege tradat: hic Magistratui,  
Ecclesiasticis ac Militum Præfectis  
Regis mandatum exponit, articulos  
legemque dedendi oppidi explicat, si  
quid addi vellent, id in præsens ex-  
pediant. Misit igitur ex oppido Gel-  
riensi Wesaliam, ut de loco deden-  
do paciscantur, qui tractatus ad tres  
usque septimanas protractus est, eo-  
que demum perfectò, in quo Civium  
Privilegiis, Catholicæ Religioni, ac  
Militis præfidiarii Honori assatim pro-  
spectum erat, porta Gelriensis deci-  
masseptimâ Decembris Prusis tra-  
ditur, ac vigesimâ primâ memorati  
Mensis die præsidium juxta pacta  
conventa militari honore discedit in  
Brabantiam. Articulos dedendi op-  
pidi ( Capitulationem dicunt ) non  
appono, cum norma, ac lex eâ de re

inter Carolum VI. Romanorum Im-  
peratorem ac Regem Borussia non  
tantum pro oppido Geldriæ, sed reli-  
quâ etiam portione superioris Gel-  
driæ, quanta Regi Borussia cecidit  
anno 1713. 2. Aprilis condita sit, ut  
suo infra loco memorabitur.

Octavâ die Decembris, quæ est  
festum Conceptionis Beatæ Mariæ  
Virginis, extitit terribilis venti tem-  
pestatas, quæ multas disjecit turres,  
ædesque, arbores innumeras stravit,  
naves demersit; imo tanta erat vis,  
ut ex stagnis levatam unâ cum pisci-  
bus aquam nubis instar ad horæ qua-  
drantem projecit in Parochiâ nostrâ  
de Helden.

Ut reditus, emolumenta ac registra  
Ecclesiarum, Pastorum reliquo-  
rumque Beneficiorum in Diœcesi Ru-  
ræmundensi conservata maneant, quæ  
variis subindè casibus pereunt, aut  
deperduntur, hinc Episcopus manda-  
vit omnibus & singulis Beneficiatis,  
ut sua quisque registra & documenta  
authenticè descripta ad archivum  
Episcopale transmittat ibidem ser-  
vanda, ut quisque Beneficiatus in  
casu necessitatis illuc pro instruc-  
tione iis registris inspiciendis recur-  
rere possit.

Vehe-  
mens  
ventus.

Registra  
Benefi-  
ciorum  
ad archi-  
vum E-  
piscopale  
servanda  
deferun-  
tur.

#### ANNO MDCCIV.

Carolus Austriacus Hispaniarum  
Rex, ubi in Hollandiâ commodum in  
Angliam navigandi ventum aliquanto  
tempore expectaverat, tandem tertiâ  
Januarii 1704. in Vlardingem con-  
scensâ Angliæ Classe sub Architalasso  
Rock, sextâ ejusdem mensis prosper  
ex Hollandiâ in Angliam appulit in  
Spitheadt, quem Angliæ Regina pro  
regiâ dignitate excepit habuitque:  
postquam verò Hollandica Classis  
Britannicæ se junxerat, circâ medium



Januarii indè solventes, ubi secundis velis Portugalliam versus aliquo spatio procefferant; altera demum procella ac fœda tempestas unitam Classem in portus Anglicanos denuò rejecit, navibusque laceris pro temporis arctitudine reffectis, xxiv. Februarii iteratò velis se committunt, ac prospero cursu septimâ Martii Ullisiponem appellunt; Carolus verò nonâ dicti mensis a Rege Portugalliæ in regiam urbem palatiumque ingenti lætitiâ ac honore ex Classe deductus est.

Carolus Rex ex Angliâ in Portugalliam navigat.

Mox miles Anglus Batavusque ex onerariis navigiis in littus lusitanicum exponitur, ac variâ dein sorte inter Hispanos ac Lusitanos eisque Confœderatos hâc æstate res acta est.

In superiori Germaniâ plura ad Danubium loca Bavarus subegerat, cui ingentes Gallorum Copiæ accesserant, quibus cum Cæsarei impares essent, Angli, ac Batavi, transito propè Ruræmundam Mosâ, Germaniam sub Duce Malburgio citato agmine petunt, Cæsareisque juncti Bavarum propè Donavertiam adoriuntur, quem post anceps diu prælium recedere cogunt: resumptis exindè hinc indè viribus, acerrimus denuò inter utrosque propè Hochstetum intercessit conflictus. Bavarus suos, Comes de Tallard Gallos curabat; Princeps verò Eugenius Germanis, Malburgius Anglis, Batavisque præest; æquato dudum inter acies prælio, ipsum Tallard, qui hostis cognoscendi causâ a suis æquò longius recesserat, intercipiunt Germani; eo rumore inter acies per clamores sparso, Cæsareisque acrius instantibus, cœpit Gallorum acies inclinare, ac ruptis demum ordinibus fugere: Bavarus, acceptâ Gallorum clade, suos pugnando ab hoste subduxit. Eo prælio ultrâ viginti millia

In prælio propè Hocstetum, Tallard Gallus captus.

Angli Baviarum hostiliter vexant.

cecidisse ferunt, ac magna Gallorum multitudo capta. Bavarus, quæ ad Danubium tenebat loca deserit, Rhenumque petit.

Fœderati Baviarum ingressi hostiliter ac flammis depopulati sunt; atque ad Danubium hoc modo bellum confectum est. Bavarus intereâ Belgium repetit, ac sub initium Octobris Bruxellas appulit, & Belgium, quod ejus nomine Marchio de Bedmar curaverat, denuò administrare cœpit. Cæsarei victoriam prosecuti Landavium in Palatinatu obsident sub auspiciis Josephi Austrii Romanorum Regis, qui prima inibi Martis specimina edens, exeunte Novembri locum ad deditionem cœgit; quo etiam tempore Trarbachii fortalium, quod Mosellæ flumen penè ambit, subactum est a Duce Hassico.

Josephus Romanorum Rex Landavium expugnavit.

Nec inferiore sorte Classis Batavo-Anglica Gibraltar, portum Hispaniæ fortissimum, quod freto Gauditano imperat, initio Augusti subigit.

Classis Batavo-Anglica Gibraltar occupat.

In Belgio nostro nil memoratu dignum gestum est; Batavi quidem Namurcum infesto igne bombisque impetunt, ast exiguo oppidanorum damno.

Tametsi præsens annus Hispano Galloque fuerit admodum funestus, in Sabaudiâ tamen Galli nonnulla Duci Sabaudico loca ademerunt, ac in annum futurum haud segniter arma militemque parant.

Mense Junio Episcopus Ruræmundanus districtum Geldriensem inspicere cœpit, ac mense Novembri in Brabantiam perrexit, ubi a Bavaro pro Ecclesiasticis ac locis Deo sacratis in Geldriâ protectionem (sauve-garde) obtinuit.

Antistes Ruræmundani districtum visitat.

ANNO MDCCV.

Mors  
Leopoldi  
Impera-  
toris, cui  
successit  
Josephus  
filius.

Inter has bellorum turbas quintâ Maii vivis excessit Leopoldus Imperator, anno ætatis sexagesimo quinto; hic Ferdinando tertio Cæsare ac Mariâ Auftriacâ Philippi IV. Regis Hispaniarum sorore natus fuit 9. Junii 1640. ac a Septemviris in Caput Imperii 18. Julii 1658. electus, non minus armis, quam consilio Regnatam hæreditaria, quam Imperium Romanum adversus hostem externum domesticumque propugnavit. Palam sunt rebellium Ungarorum in ejus Caput conspirationes ac conjurationes, ast, protegente Deo, detectæ ac dissipatæ: orbi patent victoriæ in Turcam, qui ducentis armatorum millibus Leopoldum contra leges icti fæderis adortus, Viennam obsedit, ac totum jam Imperium spe devoraverat: Leopoldus miræ semper in Deum confidentiæ è tanto discrimine liberatus est; quippe perduelles Ungaros domuit, quin & Turcam fregit, ac universam ei Ungariam ademit, atque ita victus a Leopoldo pacem demum accepit Turca. Erat Leopoldus eximie in Deum pietatis, in consiliis sicut Angelus Dei, admirandæ mansuetudinis, atque in hostes clementiæ, ac sanctissimum Domûs Auftriacæ ornamentum. Acta tanti Imperatoris fastis auftriacis relinquo.

Patri succedit Josephus eo nomine primus, hic utpote anno sexcentesimo nonagesimo per Principes Electores in Regem Romanorum designatus, continuo Imperii habenas suscepit, ac bellum Hispanicæ successionis à Patre susceptum ingenti animo prosequitur, quod magis hactenus ferbuit.

In Hispaniis quidem Carolo Regi sors nunc quam elapso anno magis favebat: Classis namque Anglo-Batavica Ullispone solvens hispanicum littus legebat, ac Barcinonæ xxii. Augusti appulit; mox Militia sub Principe Hasso-Darmstadt, ac Lichtenstein, nec non Comite Peterbourgh Anglo in littus exposita Barcinonam obsidet, per Petrum de Velasco defensam, quam intra septimanas omninò tres debellat; subactò prius, quod urbem tuebatur, fortalio de Montjovii, in cujus expugnatione Princeps Darmstadiensis Caroli Regis ex parte Matris Cognatus cecidit, Dux Belli fortissimus, magnique consilii vir. Barcinona suppetiis destituta ac hosti ultrà resistendò impar nono Octobris honestis legibus Carolo tertio deditur; mox Catalaunia omnis, quin & Regnum Valentix ei cedit.

Carolus  
Rex Bar-  
cinonam  
expugnat.

In Belgio Angli ex Hibernis mature digressi utramque Mosæ ripam legentes Trajectum Mosæ tendunt Hollandis, qui inibi sub tentoriis in monte Sancti Petri subsistunt jungendi; mox coadunati per agrum Juliacensem & Coloniensem Treviros petunt sub finem Maii, ubi Cæsareos reliquosque Fæderatos nondum paratos aliquanto tempore opperiebantur. Galli veriti, quod Lotharingiam ac Alsatiâ infestarent, & ipsi Copias ex Hibernis colligunt, ac castra adversus præsentem hostem muniunt. Malburgius, Germanis nondum advenientibus, cum in speciem prælii Gallos aliquoties frustra tentasset, subito itinere Mosam repetiit, opem laturus Mosæ accolis, quos Bavarus belgicæ militiæ Dux oppugnabat; Hujum mense namque Junio debellaverat, ac Leodium ingressus, arcem excitatis tormentorum sedibus

in speciem obsidionis terret, nil tamen hostile in eam egit; hinc Trajecti, quod in viciniâ est, trepidatum est, ne Bavarus hostili igne eos impeteret, (bombardaret) a quo tamen abstinuit, ac exeunte mense Junio discedens Leodio Copias post aggerem Brabanticum (lineas) reduxit: Malburgius intereâ a Mosellâ redux Trajectum appulit, ubi coadunatis Copiis Hujum versus tendunt circa finem Julii, quo denuo expugnato, confilia in eo erant, ut lineas brabanticas, quas triennio incastum circumfederalant, demum transgrediantur: silenti igitur agmine festinantes, summo manè lineis approximant, ac lectâ manu tentando transgrediuntur, disjectis vigiliis, succedente identidem, quantum per patefactos aditus licebat, milite, priusquam Hispanus Gallusque miles ad quatuor leucas tutandis lineis hinc - inde diffusus, turmatim coire posset; qui, quantum per vires licebat, habito contra irruentem hostem certamine, deinum recedunt; collectasque Copias Bavarus Lovanium ducit; ubi Diliam flumen transgressus positis castris hostem expectat; Malburgius, quod in itinere erat, Thenarum oppidum expugnabat, ast tentato semel iterumque variâ viâ in Brabantiam ingressu, cum nil adversus Bavarum proficeret, Soutlewam paludoso loco sitam debellat, atque æstate in Autumnum vergente, uterque exercitus in hiberna digreditur.

In Italiâ atque Sabaudiâ variâ fortunâ res acta est ob æquatam utrimque tam Ducum, quam militis virtutem: Eugenius quippe Sabaudiæ Princeps Cæsareis, Dux de Vendosme Gallis præerat. Tametsi Batavi Ruræmundam, Venlonam, Stevenswerdam præsidio te-

nerent, totiusque superioris Gelriæ curam ad interim gererent, tamen, quæ Catholicæ Religionis erant, nusquam impediabant, quin Batavorum legati, cum Gelriæ Statum inspecaturi venirent, apud Antistitem Ruræmundæ divertebant, a quo lautè habiti, nec ingrati recedebant.

Mense Septembri Episcopus Falcoburgensem districtum visitat. Per eos quoque dies Daniæ Regina, quæ sanitatis recuperandæ causâ ad Thermas aquenses perrexerat, exindè in Daniam redux Ruræmundæ ab Episcopo pro regiâ dignitate suscepta est, quod humanitatis ac hospitalitatis officium sibi a Præsule Catholico impensum variis gratitudinis argumentis rependit.

Hoc anno tragœdia sanguinolenta inter novum et veterem Magistratum Neomagi accidit ratione regiminis, cum enim Rectores veteres è Curia novum Magistratum vi depellere tentant, ipsi victi perierunt. Mauritius Orangiæ Princeps, dum Neomagum 1591. undecimâ Octobris Hispanis eripuit, inter pacta hoc erat articulo 3. ut Principi facultas esset legendi novum Magistratum, usque ad finem belli mensuram. Finito bello, tametsi Neomagenses veteri more legere Magistratum vellent, non sunt auditi a Nassoviis, donec, evoluto & ultra sæculo, anno nempe 1702, post excessum Wilhelmi Principis Nassovii ac Regis Angliæ, exauctorato veteri Magistratu, novum prisco more Neomagenses creaverint, non tamen absque turbis: exauctorati cum apud fœderati Belgii supremum Collegium de injuriâ frustrâ ac diu questi nil auxilii obtinerent, armis demum amissi honoris gradum repetendum censent; ac 1705. 7. Augusti armati Curiam ingrediuntur, Magis-

Malburgius lineas brabanticas seu aggerem expugnat.

Similiter Thenas et Soutlewam debellat.

Regina Daniæ apud Antistitem Ruræmundæ hospitatur.

Bellum civile Neomagi.

Ex actis prelo vulgaris, per Abraham van Wesel rhytopographum Neomagensem.

tratum novum loco cedere jussum in cubiculis seorsim vi ac minaciter detinent, expectatâ frustrâ, quæ seque- retur, amicorum turbâ, cui per Cives præclusa via. Mox Cives Magistratui a se nuper creato suppetias laturo in Curiam irruunt, obvios quosque sternunt, reliquos è Curia fenestris suspendunt, ac uno, qui in urbe la- tuerat, postridiè decollato: atque hoc modo Neomagenses per suorum sanguinem in prisca privilegia post- liminiò transiére.

Tragica hæc Neomagensium actio

ac pugna cum ingenti rumore quaquaversum spargeretur, novus Magis- tratus, ut suorum eâ die acto- rum justitiam palam faceret, cunctisque rationem redderet, publicam edidit relationem 30. Septembris 1705. typis neomagensibus, quam hic verbotenus idiomate gelrico, ut est concepta, referre placuit, materiam hanc historicis gelris prolixius diri- gendam relinquens, utpote, qui nar- rata mea ad Chronici arcitudinem redegi: relatio autem est hujus- modi.

## KORT VERHAEL

Van het geene op den 7. Augusti deses jaers 1705. als oock eenigen tydt van te vooren de Magistraet der Stadt Nymegen concernerende is voorgevallen.

**B**Orgemeesteren, Schepenen ende Raet der Stad Nymegen op den 29. July des jaers 1702. door de Gildens en Borge- rye vrywilligh geëdigeert, en tot bare Re- genten aangestelt synde, vernomen heb- bende, dat van tyt tot tyt eenige quaet- aardige menschen, meer hare glorie en eigen baet, als wel het generael welwe- sen van de Stat en hare mede- borgeren behartigende, t' elkens getracht hebben, onder alle onware en valsche pretexten haere wettige Regenten by de Borge- ry batelyck te maken, om, waar het doen- lyck, de selve tegens eed en pligt af- te- setten, en haer selfs neffens de afge- dankte Regenten op het kussen te stellen, en in de Regeringe te dringen, hebben- de sy ten dien einden al in den jaere 1703. by nacht en ontyden met geschrif- ten langs de deuren der Borgeren geloo- pen, om het selve tot sluytingh van de keure, (soo op den 2 Fan. 1704. stont te

geschieden) te doen teekenen, al het wel- ke Borgemeesteren, Schepenen en Raed badden gedacht, dat door hare modera- tie en sagsinnigheyt souden te boven geko- men en ten eenemaal gesteuvt hebben; soo is egter ter contraris gebeurt, dat de nachtloopers met hare complices meer en meer geyvert, en met veele onwaerheden de saeke soo verre hebben gebragt, dat hare bende is aengegroot en sterker ge- worden, haer addresserende aen menschen, die in bare proceduren, of voor de Hee- ren Schepenen, of voor den Raet hadden gesuccumbeert, de welcke met een gedeelte van de afgedancnte Regenten haere vrien- den, en met degem die by de keure der Bor- gerye van den 25. July des jaers 1702. sustineerden voor by gegaente syn, een rede- lyck groot getal uytmakten, de welcke haer in den voorledenen jare aen de Hee- ren Gecommitteerde uyt den Heeren Staten van Hollant en West-Frieslandt, aen de Heeren Staten van Gelderlant afgesonden,

hebben geadresseert, over hare wettige Regenten klagende, de selve achter rugs met veele onwaerbeden bekladdende, waer tegens Borgemeesteren, naer voorbeeld van de Heeren Staten van Vriesslant, en in conformitè van haere resolutie de dato den 7. Feb. 1678. door haren Procureur fiscael wel criminaliter als Perturbateurs van de gemeine ruste en Vertreders van de Voorregten, Privilegien, Hoogheyt en Souvereiniteyt van haere Stat hadden kunnen doen procederen: maer Borgemeesteren, Schepenen en Raad al wederom prefereerende de sagste middelen, op hope van daer door die onstuymige gemaederen te overtuigen, en tot bedaren te brengen, hebben sulx geconniveert, doch naderhant tot haer uytterste leetwesen bevonden, dat die onrustige Geesten haer boosaerdigh voornemen sogten te voltrecken, en de Magistraet, by de Gildens en Borgeyde wel en wettig aengeselt te ontsetten, ten dien einde sig aen eenige Gemeens-luyden adresserende, om neffens haer in't Complot te treden, en het boos en godloos voornemen tegens haren Burgerzed en tegens de Aitte van associatie noch soo onlangs by haer betekent, op den keur-dagh van den 2 Jan. 1705. te helpen uitvoeren, waer van de Heeren Borgemeesteren by tyts verwittigt synde, hebben, ingevolge haeren pligt, den eersten Belhamel van het voors. complot, den persoon van Jacobus Nagel, die soo door syn Vrouw als oock door een van syne Nichte dickmaels was geraden geworden, van sich met de Regeringe niet te willen bemoeyen (als uyt de brieven, alhier sub Nis. 1. 2 3. 4 en 5. bygevoegt, is te sien) op Sondagh-avond, synde geweest den 21. December 1704. geapprehendeert, en in de gevanckenis geset, en voorders goetgevonden, om door haren Procureur fiscael criminaliter tegens hem te doen procederen, welcke procedure soo verre synde gebracht, en by Decreet van Schepenen verstaen, dat de procedure van de Heeren Borgemeesteren ratiōne Officii Clageren tegens Jacobus Nagel gedetineerden en beklaegden by geschrift soude worden veroot, en sulx by termynen van acht dagen tot acht dagen, om de saek

alsoo in staet van wysen gebracht, in advys van onpartydige Regtsgeleerden te senden. (als uyt het Decreet van de Heeren Schepenen sub No. 6. consteert) na welk ergaen Decreet, Nagel op den 30. sig heeft laeten gelufen, van met behulp van andere menschen des Heeren gevanckenis te violeren, en by nacht uyt-te-breken, soodanig, dat de Heeren Borgemeesteren syn gedwongen geworden hare proceduere tegens Jacobus Nagel na Statregten te vervolgen (als uyt de hier by gevoegde justificatie van de Heeren Borgemeesteren aen de Heeren Schepenen overgegeven sub numero 7. blyckt) hebbende hy Nagel sedert dien tyt rontom de Stat sich opgehouden, en met andere van syne Complices en de afgedancde Regenten (aen wie by Placcaet van den 31. Decemb. 1704. de Stat en Schependom ontseyt was, ten sy haer binnen sekeren termyn aen den Raet adresseerden, waer over men berouw ende leetwesen over haer gedrag soo nu twee jaeren herwärts gebouden hadden, en naer dat sy de tegenwoordige regering als wettig erkent hadden) op nieuws overlegt, op wat maniere men de tegenwoordige regering soude kunnen ontsetten, wanneer met malckanderen syn overkomen, om op den 31. July laesleden met behulp van eenige soldaten, door den jongen Nagel, en eenige menschen van Thiel daer toe door Dr: Seroaes van Cuylenburg omgekogt (als uyt het neffens gaende geextrabeerde uyt de contschappen door den Heer Rigter aldaer ratiōne officii beleydt sub No. 8. klaerlyck kan afgenomen worden) neffens eenige Borgers en borgers kinderen van Nymegen door Derk. de Wit, Anthoni Schoenmaker, den jongen Nagel en Halsenberg daer toe mede door groote beloften aengeset, het Stathuys gewapender hant in-te-nemen, de tegenwoordige Regering voor een gedeelte te ontsetten, den Raadsbeer van Loon, neffens den afgedancden Borgemeester Roukens tot Borgemeesteren aen-te-stellen, en tot Raden Eck van Pantbaloen Heer van Gent, Beekman, Verheyden, den Commis van het post-comtoir, Dr. Melchior van Loon en

Henſius Woorthouder der gemeente. Welk deſſein op den beſtemden tyt niet kunnende worden uygevoert, is dit abominabel ſchelmſtuck acht dagen verſchoven, en tot den 7. Auguſti uygeſtelt geworden, wanneer des morgens ontrent negen ueren den Raet vergadert en over ſaken van gewigt ſynde beſig geweest, het is gebeurt, dat, na dat de Heeren Borgemeesteren Facob en den Heer Raadsvriend Johan de Beyer ten allen gelukken waeren afgegaen, de welke met den uytterſten yver de borgerye hebben in de wapenen gebragt, ontrent de klocke half elf met een groot gedruys na de Raedcamer ſyn geavanceert ontrent de vyftigh à 60. menſchen, gewapent met degens, ſakpiſtolen en ander moort geweer, aengevoert door Derk. de Wit, den jongen Nagel, van Halſenberg, Anthoni Schoenmaker, en Henrick Melot, wanneer de deur van de Raedcamer met den Roeydrager door een van haer principaelſte hoofden Derk. de Wit ontweldigt is, en alſoo open getrocken ſynde, hy de Wit met ſyn by hebbende geſelschap is binnen gekomen (latende eenige buyten ſtaen tot beſetting van de toegangen na den trap en Raedcamer) onder vloeken, zweeren, ſeer odious en ongefondeerde verwytingen ſeven Heeren uyt den Raet, die aldaer preſent waren, valſchelyck op den naem van de Gildens en Borgerye opdringende, en van hare bediening onſettende, de ſelve onder ſchrickelycke en by Chriſtenen noyt gehoorte bedreygingen ordonnerende en gebiedende de Raetkamer aenſtonts te verlaten, settende degens en piſtolen op de borst der Regenten, ſoo ſy deſe geweldnaers niet aenſtonts obedieren ende gehoorsamen wilden; wanneer den Preſident Borgemeester Verſtegen op een verfoeylycke manier wird by de mouw gepat en door verdere mishandelingen op de ſoo genoemde zutphenſe kamer gedreven, welck lot eenige van de andere ſes Heeren ſoo men hun op de veluysche camer brengen wilde, mede ten deel viel, maer de voorſ. kamer geſloten, en de zutphenſe door den Preſident Borgemeester mede toegemakt ſynde, wiert door den jongen Nagel ſoodanigh (onder alderhande godloose vloekinge en

bedreyging) met voeten op de deur gelopen, dat den Heer Borgemeester de ſelve te openen gedwongen wiert, alswanneer de ſes andere Heeren door ſakpiſtolen, degens en ander moortgeweer op de zutphenſe camer gedreven wierden, wanneer aen de ſeven Heeren ſ'elkens wiert geboden en gelast, van haer aen geene vensters te laeten vinden, of dat haer anders door ſchieten of steken souden, stellende, behalven eenige van hare complices, noch twee soldaten van een ander Guarniſoen tot ſchiltwachten op de gemelte kamer, de welke continueel, dan met den eenen, dan met den anderen der geweldenaers, ſoo voor en naer op de kamer haer bevonden, de aldaer gevangene Heeren Regenten met goddelooſe expreſſien injurieerde, en ſ'elkens dreigde den hals te sullen breken, tot dat eindelyck na verloop van meer dan een uer de trommel geroert wird, en de Heeren Regenten door den onbeſchryffelyken yver, cordaat ende dapperheyt van hare roemrugte Borgerye ontſet ſyn, wanneer eenige van die Moordenaers doorgeſchoten en gevangen wierden van de welke des na middags vier, na rype deliberatie en examinatie van ſaken, met eenparigheyt van ſtemmen ſyn gecondemneert, des avonts buyten de vensters van de Raedkamer gebangen te worden, op welcken tyt, en ſoo als de executie geſchiede, den ouden Jan van Halſenberg in vrouwe kleederen gevangen wiert, den welcken des anderen daghs in den vollien Raad met eenparigheyt van ſtemmen (ſynde daags te vooren de Heer Vermeer alleen absent geweest) is gecondemneert, en uyt de venster van de Raedkamer gebangen; en Dr. Willem Roukens in flagranti delicto al mede betrapt, en daeghs te vooren met eenparigheyt van ſtemmen veroordeelt, is op de plaets van het Stathuys onthalst geworden.

Aldus gedaen en gearresteert in den Raad den 30. September 1705.

Ter ordonnantie van haer Edsle ende Achibaers

M. L. SINGENDONK. Secret.

*Gecollationeert tegens het gedruckt verbael staende in't begin van de Acta Neomagensia met de applicata, uytmakende 52. fol. gedrukt tot Nymeghen by Abraham van Wesel Stadts en quaert.*

*drucker 1705. Ende bevonden te accordeeren by my Joos Knippenbergs Lantdeken des Ampts Kessel en Pastoir tot Helden.*

ANNO MDCCVI.

Prælium inter Gallos et Malburgium propè Ramillas.

Annus suprâ septingentesimum sextus Gallis Bavaroque exitialis exitit maximè in Belgio, hi quippè sub Bavaro ac Duce de Villeroi Gallo adversus fœderatos, quibus Dux Malburgius præerat, propè Thenas in pago Ramiliarum dimicantes, campo pulsi sunt 23. Maii (erat dies Pentecostes) quod quidem prælium, tametsi ultrâ tres quatuorve horas non tenuerit, cruentum tamen fuit: præter utrimque cœsos, de quorum numero variant, Gallorum decem millia in fugâ Lovanium versus, pars capti, pars dilapsi sunt. Malburgio victos insequente universa Brabantia ac magna Flandriæ pars deserta est, Lovanium, Bruxellæ, Mechlinia, Lira, Gandavum, Brugæ, Dammum, &c., ac Carolum Austriacum ut Dominum ac Regem Hispaniarum suscipiunt; Antverpia absque vi, Ostenda verò (est portus Flandriæ maritimus) sub initium Julii obsidio octiduano, post tormenta ignemque martialem horrendè perpassum, in potestatem Fœderatorum transit; qui portus Flandriæ, Anno 1604. post obsidionem demum triennalem Batavis per Marchionem de Spinola ereptus est.

Galli Belgium deserunt.

Hispania.

In Hispaniis hoc anno varians admodum fuit inter Carolum ac Philippum Reges belli alea, voluitque Deus palam facere, non in solo arcu

ac gladio sperandum esse, sed a Divino Beneplacito (fortunam Gentiles dicebant) pendere Regna, Regnorumque translationes, quod manifestissimis belli præliorumque eventibus utrumque Regem, Cæsaris nempe ac Regis Galliæ filios Deus docere dignatus est; non enim hi, quod aliis in aulâ natis evenire solet, relatu Ducum aut ex historiis, belli discrimina atque eventus procul positi didicere, sed ipsi propè in acie, in extremis etiam periculis positi hæc coram viderunt atque experti sunt, magno utique subditorum suorum bono; laborem quippè bellicum perpassi, norunt militum Præfectorumque curas, insuper quanti in castris valeat commeatus cæteraque opportunè procurata; tum etiam quam miles cum ricolâ, qui pabula præbet, œconomiam agat. Provida hæc castrensis disciplina ac œconomia tot militum millia vastosque exercitus a morbis ac contagione, miserante Deo, hoc bello servavit immunes.

Philippus Rex, ubi Copias Gallicas sub Marchallo de Thessè suis junxerat, Barcinonam quarto Aprilis obsidere cœpit per Carolum Regem defensam; urbem quippè Classis Gallica sub Comite de Toulouse ex parte maris concluderat. Obsidentes post acre utrimque certamen fortalium de Montjovii firmissimum, undè præsidium 25. Aprilis in urbem recesserat, occupant; hinc pugnae ad urbem ex utrâque parte auctæ, quas

Philippus Barcinonam obsessam deserit.

utriusque Regis aspectus inter æquatas militum vires virtutemque asperabat : obsidentes ubi per ruinas in muris stratas pararent assaultum obsessis in extremo positis, en Angli Batavique junctâ Classe sub vice-Thalasso Leake agonizanti urbi subveniunt immisso præsidio ( Gallica quippè Classis jam recesserat ) hinc expositus in terram reliquus ex Classe miles. Philippus nil nisi cum discrimine acturum se ratus, obsidionem 12. Maii solvens cum suis Hispanias repetit. Eodem die circâ horam nonam & quadrante sol ingens luminis deliquium eclipticum, in nostrâ etiam Geldriâ observatum, passus est; quod cum in Philippi recessum incideret, variis variam, prout quisque affectus erat, præbuit eâ de re augurandi ansam.

Notabilis  
in sole  
eclipsis.

Belgium. Transactâ iis expeditionibus astate, numerosus usque Fœderatorum in Belgio exercitus in hiberna concedit : Angli, Hannoverani in Belgio, cæteri Germani, pars Rhenum, pars Mosam versus tendunt. Peditatus in Civitatibus Oppidisque locatus, Eques ruri apud agricolas distributus; & quidem in superiore Geldriâ Præfecturas Kesselensem, Krickebecanam nec non Gelricam tum superiorem tum inferiorem aliquot legiones Regis Borussia occupabant, qui tametsi ruricolis magno essent oneri, attamen militaris, quam Præfecti servabant, disciplina eos in officio continebat, ne cuiquam per vim nocerent, neve Catholicis Saceris ullum crearent obstaculum; quin ipsi sæpè numero diebus Dominicis nostras Conciones honore fat congruo frequentare visi sunt, maximè Lutherani : par erat per reliquum Belgium disciplina militaris; id tamen primis annis militi

maximè anglo non nihil onerosum fuit, publicas Catholicorum Processiones aliasque Cæremonias sine obstaculo ferre, tametsi nonnullæ inter Belgas & milites contentiones desuper imo pugnæ intercesserint, Præfectorum tamen vigilantia militem ab hujusmodi insultibus coercerat : id quippe pro bono pacis servando, tum Cæsaris, tum Fœderatorum sibi Principum providentiâ cautum erat, ne alter alterum in Religionis negotio aut officiat, aut turbet. Tametsi enim tota belli moles in id tenderet, ut Austriacis hæreditas hispanica asseratur, eumque in finem ex universâ penè Europâ, qua Christianâ est, Copiæ militares adessent; eam tamen belli expeditionem altiori, ut nonnullis visum est, miserentis Dei Consilio ad multarum animarum salutem esse directam, ut homines nempe ex ditionibus acatholicis in Belgium, Hispanias, Italiam &c. acciti coram spectarent Catholicæ ac avitæ fidei exercitia, quæ videre in patriâ iis negatum erat. Aderant quippè Angli, Scoti, Hiberni, aderant ex universâ Protestantium Germaniâ, ac ex ultimâ etiam septentrione homines innumeri, qui, quæ Catholicæ fidei essent, pauci admodum nossent : placuit igitur Altissimo, qui omnes vult salvos fieri, ac ad veritatis agnitionem venire, ejusmodi Nationes ad hæc loca, ceu fidei Catholicæ scholam evocare, ut nullo jam prohibente palam videant, quid Catholica fides doceat teneatque, & quæ ejus Sacra; ubi videas militum Duces in Cænobiis agere, ibi Tribunos ac Centuriones Regularium Monasteria frequentare, cum Monachis conversari, eorumque conversationem propius considerantes, ordi-

Miles  
acatholici  
pacificè  
spectat  
exercitium  
Catholicæ  
Religionis  
in Belgio  
et alibi.



nem, silentium, obedientiam, ac in laudibus diu noctuque concinendis solertiam, familiaria etiam cum iis de Religione ac fide miscere colloquia; pariformis ferme gregarii militis cum hospite suo conversatio. Hæc aliaque propius considerantes aliter, quam docti erant, de Ecclesiâ Catholicâ sentire cœperunt, hinc demum effectum est, ut quam plurimi, seposito omni humano respectu ac commodo, eam fidem publicè amplexi sint; in pluribus aliis, quos licet instructos ac propius veritatem agnoscentes superiorum reverentia aut lucri temporalis ratio a capessendâ palam Catholicâ fide retardabat, cœleste illud semen, quod in terrâ cordibus eorum sparsum est, tantisper latens, opportuno tempore, ut piè credendum, fructum, rigante Deo, faciet centesimum, ut in nonnullis factum postmodum eventus docuit. Ecclesia Catholica insuper id consecuta est, ut miles ad proprios demum lares regressus suis vicinisque per otium narret, quæ apud Catholicos perspexerit, tot fidei suæ Præcones habeat, quot præsens bellum milites in Catholicas Provincias acciverat.

Simili ferè modo à divinâ Providentiâ seculo quinto, sexto & septimo Populo aquilonari subventum est, ac ostensum fidei lumen, cum Gothos, Wandalos Longobardosque in Italiam, Africam, Hispanias &c. florentissimas orbis christiani Provincias infuderit, harum incolas, Christianos quidem, ast ob peccata Dei iram meritos barbarorum manus corripuit, Italiam quippè Gens septentrionalis ultra duo secula subactam tenuit, quemadmodum annales istorum temporum recensent. Gentiles igitur Christianis

immixti in eorum pedetentim fide erudiuntur, atque ità Deus utramque curavit Gentem, ut barbarus nempè a Christiano fidem disceret, Catholicus verò barbari manu humiliatus ac attritus juxta Christi legem observantius in reliquum vivat. Adeò Deus, qui neminem vult perire, definitis temporibus humano generi salutis media subministrare nunquam desinit. Hoc quoque anno mense Julio in Ecclesiâ de Bergh ad Ruram propè Ruræmundam Celebratur Jubilæum anni millesimi, quod, ut in historiâ nostrâ lib. 1. cap. 7. ad annum 706. memoravimus, eò loci ex Angliâ sancti Wiros ac Plechelmus Episcopi nec non Otgerus Diaconus advenerint, annuente, qui tum hic latè dominabatur, Pipino Herstallio. Hi ad inferiorem Mosæ tractum Ruramque incolas excolunt, partim etiam ex gentilismo ad Christum ducunt, constructo quoque in Bergh mansionis suæ loco, seu Monasterio, in quo post labores apostolicos beato finem vitam claudunt.

Reginaldus Ruræmundensium Episcopus Ecclesiam vetustate collapsam 1686. restauravit magno visitantium fructu, quemadmodum hæc lib. 8. cap. 4. historiæ gelricæ prolixius narrata sunt: ubi verò annus 1706. appropinquaret (hic quippe erat millesimus ab illorum adventu ad dictum locum) Illustrissimus Dominus Angelus Reginaldi in Episcopatu Ruræmundæ successor, ut nostrorum in Christo Patrum ac Apostolorum dignam memoriam ageret, Jubilæum anni millesimi inibi celebrari ordinavit, obtentis in id à Clemente XI. summo Pontifice plenariis indulgentiis, quæ undecimâ Julii per totam octavam fidei Po-

Jubilæum  
anni mil-  
lesimi ab  
advento  
SS. Wi-  
ronis,  
plehelmi  
et Orgeri  
in Bergh  
propè  
Ruræ-  
mundam.

pulo præfatum locum piè visitanti concessærant. Antistes igitur in frequenti vicinorum concursu die Dominicâ Solemnitatem in Bergh inchoat, quam Populi undique consuentis multitud- do ità per octiduum auxit, ut An- tistes die Jovis ingenti fidelium tur- bæ Sacramentum Confirmationis im- penderit ( ultrà quinque millia fuisse postera die relatu Parochi in Bergh accepi præter alios, qui castrorum instar Ecclesiam Montemque circum- federant ) atque die Dominicâ prox- imè secutâ, ea Jubilæi Celebritas, quo cœpit, fidelium affluxu finem accepit : atque indè cœpit Ecclesia hæc ma- jore, quam hæctenus, Populi frequen- tiâ in Festis præcipuè dictorum Pa- tronorum visitari, quorum interven- tu ac patrocínio varia fidelibus Be- neficia largiri hæctenus Deus perse- verat. (1)

### ANNO MDCCVII.

Galli Ita-  
liam de-  
cessunt.

Post cladem Taurini apud Sabaudos anno elapso acceptam Gallorum res in Italiâ inclinare cœpit, ea propter Mediolanum, Mantuam Cremonamque, & quæ indè pendent loca, ultrò Galli deserunt : nec mora, mense Aprili Carolus Auftrius Mediolani Dux inauguratus est. Neopolitani ( gens motibus sueta ) Hispanorum Dominatum dudum per- tæsi in spem melioris fortunæ ad

Cæsareos respicere cœperunt, quos sub Comite de Daun initio Julii, spreto Gallis Hispanisque, in urbem admittunt ; reliqua mox loca, ejectis Gallis, Germani occupant.

In Hispaniis Dux de Berwick Jacobi II. Angliæ Regis filius natu- ralis militiæ Philippi summo cum im- perio præerat : Germanos, Lusitanos, Anglos Batavosque curabant Milor- tius Gallowai Anglus & Marchio Das Minas Lusitanus : inter utrumque exer- citum in campo propè Almanzam in finibus Valentia commissum est præ- lium acre, in quo, nutante dudum inter partes victoriæ sorte, rupta de- mum est per Equitatum Belgo - His- panicum hostilis acies, ac Lusitani cum reliquis campo fugati sunt ; Berwick fugientes insecutus inter mōntes aliquot legiones conclufit, quæ inedia confectæ ultrò se dedunt. Fœderati Auftriaci nunc Hispani impares Valentia Regnum ipsamque penè Arragoniam in manus Philippi dimittunt ; atque hoc modo, quod fors Philippo in Italiâ dempserat, in Hispaniis reddit, auctaque de- mum Philippo spes in Hispaniis per- severandi, prout hæctenus perseverat.

Confæ-  
derati Cæ-  
saris in fi-  
nibus Va-  
lentia  
prælio  
succum-  
bunt.

Nec minori gaudio Hispanos af- fecit nativitas Neoregis : Philippi quippè Conjux die S. Ludovico sacra ( 25. Augusti ) enixa est filium primo genitum, cui idcirco inditum no- men *Ludovicus Philippus* Auftriæ Dux.

Hæc æstate mense Julio, diebus 18, 19, 20, & 21. fuit ardor solis usque intensus, ut ab hominum me-

( 1 ) Hoc anno 2. Decemb. obiit Reginaldus Episcopus Antverpiensis, cu- jus acta nonnulla recensentur in historiâ gelricâ lib. 8. cap. 8. ac reliqua suc- cinctè narrat D. Foppens Canon. Ecclesiæ Cathedralis Brugensis in historiâ Episcopatus Antverpiensis nuper 1717. editâ.

Calor eo-  
lis inten-  
sissimus. moriâ similis calor non fuerit, qui homines non paucos præsertim in messe extinxit.

Marschallus de Villars Rhenum transit & lineas Germanorum seu vallum de Stolhofen occupat inter Rhenum & Neccarum, pleraque tributa a vicinis locis exigit.

Interea Sabaudia Dux ac Princeps Eugenius in Provinciam Gallicam irruunt.

In Belgio etiam nil memoratu dignum inter Fœderatos sub Duce de Marlbourg & Duce de Vendosme qui Gallis præerat, actum est. Hinc ad pristina hiberna Copiæ divertunt, & quidem aliquot legiones equestres Régis Borussiae ad Satrapias de Gelder, Krieckenbeeck, Montfort & Kessel in superiore Geldria, uti antè, hospitatum ierunt.

ANNO MDCCVIII.

Elisabetha Rudolphi Ducis filia Carolo Austriaco Regi nunc in Hispaniis degenti sponsa deligitur Elisabetha Christina Juliana Antonii Ulrici Ducis de Wolfenbittel & Brunswyck ex Ludovico filio Neptis (hæc 1691. mense Augusti in lucem prodiit) ast disparis erat cum sponso fidei; sponsa quippè erat in Lutheri evangelio educata, atque animæ, æternæque salutis curam Regno terrestri præponendam rata, num in Romano-Catholicâ fide salvari posset; hæsitabat: rem ad Lutheranos helmstadicæ scholæ Magistros discutiendam transmisit; si, relicto nempe Lutheri dogmate, in Catholicâ ac Romanâ Ecclesiâ salutem æternam consequi posset? re diligenter expensâ, dictæ Academiæ Doctores in hanc eunt sententiam:

*Esse in Romano - Catholicâ Ecclesiâ veræ et Christianæ fidei fundamenta, ac proinde quemque in eâ salvari posse: quemadmodum hæc luculenter in suo responso 28. Aprilis 1707. Helmstadii expedito præfati Doctores explicant.*

Verum hoc (si unquam Ecclesiæ Romano-Catholicæ Protestantes testimonium dederint) nos Catholici benignâ manu suscipimus, multis etiam Protestantibus profuturum & profuit, qui, relicto errore suo, ad gremium Ecclesiæ Catholicæ regressi sunt. Propalatâ hæc helmstadicæ scholæ definitione Protestantes rati per eam magnum Catholicæ veritati apud suos pondus accrescere, mox in dictæ scholæ Magistros stomachari ac libellis publicis ceperunt insurgere, non Lutherani dumtaxat, sed & Angli, tametsi magno doctrinæ intervallo ab helmstadicis disjuncti, utpotè Calvinii dogmatibus additi.

Eo igitur suorum Doctorum responso jam Sponsa Regia firmata, abjecto Lutheri dogmate, ad Catholicos simulque Caroli Regis conjugium transit, quæ regio more Viennam ducta in Cæsaris aulâ aliquantisper substiterat, ac 23. Aprilis 1708. Carolo Regi matrimonio juncta est; ubi Leopoldus Cæsar Caroli filii nomine in eâ connubiali solemnitate assistit, Benedicente Eminentiissimo D. Cardinale Zaxo-zeitio. Indè Regia Sponsa per Italiam, Barcinonam in Catalauniam ad Sponsum Carolum perrexit.

In Belgio Gallis Hispanisque præerat Dux Burgundiæ Delphini filius unâ cum Duce de Vendosme; Princeps Eugenius verò ac Marlbourg Fœderatis: Gallorum Castra mature aderant propè Aldenardam, Fœderati

circà Bruxellas, quibus ferius Germani accesserant; hinc Galli tempus lucrati ductu Brigidarii de la Faille Gandavum primò, dein Brugas, opulentas Flandriæ Urbes non sat custoditas silente agmine astuque occupant; ast ubi Germanos suos Marlburgio Eugenius junxerat, Gallos propè Aldenardam adortus campo pellit, plurimis captis; victoriam profecutus, aggerem (lineas) quem Galli Ipras inter & insulas hosti objecerant, transeunt, ipsam Civitatem Insulensem laboriosâ admodum ac sanguinolentâ obsidione debellant circà finem Octobris, Castellum in Novembri.

Insulensis Civitas a Caesareis expugnatur.

Bavarus irritò Bruxellas obsidet.

Fœderatis eo modo in Flandriâ occupatis, Bavarus intereâ Bruxellas obsidet; id ubi Fœderatis nuntiatum esset, celeri itinere transitâ Schaldi, quam Bavarus affatim per Gallos custoditam æstimabat, laboranti jam & agonizanti Bruxellæ succurrunt; Bavarus, accepto eorum adventu, præcipiti gradu Montes Hannoniæ repetiit.

In Hispaniis nil memorabile actum, dum Dux Aurelianensis Tortosam expugnat.

Classis Batavo-Anglica insulas Sardiniae et Minorcae expugnat.

Intereâ Classis Hollando-Anglica sub imperio Archithalassi Lacke Angli insulam Sardiniae nomine Caroli Regis expugnat, uti Generalis de Stanhope Anglus Minorcam debellat una cum *Port-Mahon*, portu in mari mediterraneo recipiendis navibus tutandisque aptissimo.

Novum Pastorale edit Episcopus Ruræmundensis,

Episcopus novum Pastorale, nonnullis resectis, pro suâ Diœcesi edidit Ruræmundæ typis Petri Vallen impressum hoc anno; item edito cavit, ne quis in Sacrificio Missæ utatur vino gallico, sed rhenano; gallicum quippè ab caritate adeò erat à perisque vinopolis vitiatum, ut veri

vini naturam non retineret.

Mense Septembri Antistes Districum Kesselensem visitat, qui in festo S. Lamberti, in domo meâ pernoctavit.

Hoc anno 15. Junii in fata concessit Anthonius du Mont Decanus Ecclesiæ Cathedralis Ruræmundanæ, qui Episcopo peregrè agenti, etiam Episcopi vices supplevit: erat in Ecclesiâ assiduus, tum horis, psalmisque canendis perquam vigilans, sepultus in Choro Ecclesiæ Cathedralis.

## ANNO MDCCIX.

Cæsarei unâ cum Fœderatis victoriam in Belgio profecuti Tornacum in Julio, ejusque Castrum mense Septembri debellant; indè arma ad Montes-Hannoniæ transferunt, quam Urbem utpotè à Copiis Gallis protectam obsidère haud poterant, nisi pulsus, qui in proximo stabant, Gallorum Copiis: apropinquantem hostem ubi Galli acceperunt, Castra aggere muniunt, excitatis hinc indè munitionibus, quas machinis replent; Fœderati sub auspiciis Principis Eugenii ac Ducis de Marlbourg hostem propè *Malplaquet* adorti rejiciuntur ingenti strage, prælium diu anceps & sanguinolentum; Princeps Friso-Nassovius, qui lævam curabat in acie alam, crebro assaultu peditatum batavicum in aggerem gallicum ducebat magnâ suorum strage, nec quidquam in hostem magnoperè proficiebat, donec Princeps Eugenius, pulsus Gallis, factò per proximam sylvam aditu aciem duceret: Marschallus de Villars Gallicarum Copiarum Dux in femore vulneratus

Cæsarei tornacum et Montes Hannoniæ debellant, pulsus Gallis propè Malplaquet.

prælio excedit; Galli igitur Duce privati ac instante Eugenio gradum referre cæperunt: Fœderati hac victoriâ contenti cedentem hostem haud persequuntur. Eo prælio ultra viginti millia utrimque cæsa ferunt: præcipuum tamen Batavici peditatûs robur ibidem cecidit, utpote continenti Gallorum igni ex aggere expositi. Pulsis itaque hoc modo Gallis, Montes-Hannoniæ Fœderati obsident, ac 20. Octobris ad deditionem cogunt.

In Germaniâ, Sabaudiâ, ac Hispaniis variâ fortunâ inter partes gestum est bellum, non tamen magni usque momenti.

Gelu acerrimum.

Hoc anno fuit gelu acerrimum, adeo ut siligo & reliqua terræ frumenta vi frigoris perierint, tum vineæ ac quæ temeriores fructus ferunt, arbores aruerint; aviculas in horreo meo frigore extinctas vidi, eam tamen brumalis frumenti inopiam, æstivalibus frugibus sublevare nobis dignatus est misericors Deus.

ANNO MDCCX.

Galli, ut Fœderatorum armis moram injicerent, excitatum propè Duacum aggerem palis fossâque muniunt, quem nullo defensum præsidio 21. Aprilis Fœderati transgressi Duacum aggrediuntur, & post obsidium 52. dierum mense Junio expugnant.

In Hispaniis variâ admodum fortunâ res acta est: siquidem sub initium ætatis fors Carolo, in autumno autem Philippo favit. Carolus enim Rex Mense Julio & Augusto in Arragoniæ finibus post acres velitationes ubi Philippi equitatum in fugam

verterat, in utrumque demum exercitum propè Cæsar-Augustum (Saragossam) prælium recrudit: pelluntur Philippini; in eo enim conflictu Belgæ ab Hispanis adhuc belli rudibus deserti magnâ clade affecti sunt. Carolus postera mox die (21. Augusti) Saragossam, Regni Arragonici Caput, magno plausu ingressus est; ubi factâ nonnihil Copiarum requie, victricibus armis Philippinos infecutus penitiores Hispanias, ipsumque Madritum, Hispanici Imperii sedem, petiit, nulloque prohibente ingressus est, undè Philippus nonâ Septembris Valli-Soletum recesserat, Copiarum curâ in Comitem de Tilly & Marchionem de Bay Belgas translatâ. Hispani iis angustiis pressi ad suppetias gallicas, quas elapso anno suâ virtute freti a se removerant, denuò respiciunt: illicò Dux de Vendosme militiâ & consiliis clarus cum auxiliis festinus mittitur, Hispani iis Copiis atecti, præeunte Philippo, ac Duce de Vendosme ad flumen Tagi metantur Castra, impedituri ne Lusitanis jungantur Germani.

Interea cum tantis Copiis alendis Castilia non sufficeret, neque ex Catalonia utpotè longè distatâ adduci alimenta poterant: idque insuper fatale Carolinis acciderat, quod Comes de Louvignies Lerix pro Philippo Gubernator ac veteris militiæ Belga, comeatum Carolinis-destinatum unâ cum oppido Balaguer stratagemate interceperat, Carolini igitur Madrito Toletoque ac reliquâ Castiliâ desertis Arragoniam repetunt, Philippinis penè insequentibus, qui intellecto, quod Angli Ductore Stanhope à reliquo exercitu segregati incederent, eos ad oppidum Brihuegam festino agmine assecuti, octavâ Decembris aggrediuntur; Angli in

Carolus Rex pulsis Hispanis Madritum occupavit.

Angli per Hispanos intercepti Brihuega.

Carolus  
Castilian  
deserit  
Arrago-  
niam pe-  
tens inse-  
quenribus  
Hispanis.

dicto oppido conclusi, ubi rem aliquo tempore fortiter egerant, at resistendo impares, 9. Decembris certâ lege sese dedunt, salvis nempe sarcinis, redditâ tamen, quam de Ecclesiis prædando sustulerant, sacra supellectile; insuper ut ægri pro temporis occasione benè habeantur; Comes de Starenbergh, qui cum Germanis alio itinere præcesserat, dum sociis in discrimine positis subvenire festinat, serius ob distantiam adveniebat: hinc in Villa-Viciosa, quæ a Bruhugæ leucâ circiter distat, Castra metatur; ubi die sequenti inter utrumque exercitum conflictus committitur: Philippus Rex unâ cum Duce de Vendosme Hispanis præerat, Starenbergius Carolinos curabat; Carolus quippè Rex jam tum Barcinonam præcesserat; prælium acerrimum nox instans diremit: Philippini Germanos, qui Arragoniam petebant, ob prælia felli, nequaquam infecuti sunt.

Cæsarei  
Duacum  
aliaque lo-  
ca in Bel-  
gio debel-  
lant.

Cæsaris in Belgio Fœderati post expugnatum Duacum, alia insuper loca Gallis adimunt, Bethuniam 28. Augusti, oppidum sti Venantii, nec non Ariam 9. Novembris unâ cum Castro: anno demum in autumnum vergente in hiberna concedunt.

Conver-  
sio Ducis  
de Brun-  
swick.

In hunc annum incidit, seu potius innotuit Conversio sereniss. Anthonii Ulrici Ducis de Braunschwich & Wolfenbuttel, quæ quidem res tametsi ad Geldriam non spectet, attamen quia filiam Henriettam apud Gelros Ruræmundæ hactenus morantem subindè visitaverit, ibidemque eximia Catholicæ fidei specimina pius Princeps ediderit, eam rem ceu memoriâ dignam,

ad nostrum Chronicon pertinere existimavi, maximè cum ad annum 1614. in historiâ ecclesiasticâ Geldriæ post recensitam Ducis Neoburgici ad Catholicam fidem Conversionem, illustres alias etiam regię eminentiæ personas conversas per narratorum sequelam adduxerim, quos inter misericors Deus Ducem etiam de Wolfenbuttel miris modis ad veritatis lumen adduxit; & quidem inter alias dotes Principe dignas pectori ejus Deus sapientiæ studium inspiraverat, veterisque temporis indaginem, hinc multus erat in legendo, multus in scrutandis veterum scriptis, multa insuper cum viris eruditis conferre amabat; quâ in re magnoperè ei profuit Bibliotheca in suo Wolfenbuttel collecta, ac ob librorum copiam admodum celebris; eam quippè anno 1660. numerasse 27666. volumina, 115504. tractatus seu libros, & 56303. authores, testis est Fridericus von Franckenborgh in suo Theatro mundi 1677. Norimbergæ teutonicè edito. Principem hunc seu litterarum Mæcenatem Lutheranorum Doctissimi impensè colebant, eumque tanquam illustre Ornamentum societatis ut vocant fructiferæ ad excolendam linguam teutonicam institutæ, celebrat Georgius Eccardus Helmstadii historiarum Professor in libello suo de re etymologicâ Hannoveræ 1711. edito.

Dum igitur Spiritus Dei eum per illas Bibliothecæ suæ vias ac veteris temporis, Ecclesiæque itinera nescium licet ac quasi alia agentem duceret, ecce inibi veteris Ecclesiæ imaginem, veterum Doctorum scripta jam dudum ante Lutheri & Calvinii ortum edita, offendit, atque in occurrentem lucem itâ obtusus hæsit,

ut Ecclesiam Romanam esse verè apostolicam ac Christi Ecclesiam iudicaret ipse; neque tanto lumini restitit, tametsi agones in hac sua mutatione passus videtur, quos et ipse D. Augustinus sustinuisse se refert lib. 8. Confessionum cap. 2. in multorum, qui secuturi sunt, solamen: attamen præter cæleste lumen magno illi solatio in hac luctu fuit epistola a Clemente XI. Pontifice ad ipsum paterno planè affectu 10. Feb. 1710. Romæ directâ, quâ Dux aded movebatur, ut, applanatis humanarum difficultatum montibus, nulla jam res humana eum retardare potuerit, quin Bambergam profectus, in manibus Archiepiscopi ac Electoris Moguntini, abjecto veteri errore, Romano-Catholicam Religionem publicè professus sit, quam usque ad extremum vitæ spiritum magno zelo coluit, atque in eâ placidè anno 1714. defunctus est.

ANNO MDCCXI.

Cum jam ferrent utriusque partis consilia ad parandos futurâ ætate exercitus, omnium regnorum Dominus ac Dispositor è regis solis Reges Regumque proles sustulit, Josephum nempe Romanorum Imperatorem, universamque penè Ludovici Francorum Regis sobolem; Delphinus Francicus Ludovici XIV Regis Galliæ unicus Filius hoc anno 14. Aprilis obiit annorum ferè quinquaginta.

Josephus autem Romanorum Imperator decimasepimâ mensis Aprilis Viennæ in fata concessit: hic natus est 26. Julii 1678 Patre Leopoldo Cæsare, Matre verò Eleonorâ Magdalena Terefiâ, filiâ Philippi

Guiljelmi Ducis Neoburgici, Electoris Palatini. Presburgi 9. Decembris 1687. Hungariæ Rex coronatus, anno autem 1690. 26. Januarii Augustæ Vindelicorum a Septemviris Romanorum Rex electus. Hinc post mortem Leopoldi Imperii habenas 1705. suscepisse suprâ relatam est.

Initio anni 1699. nupsit Wilhelmina Amiliæ, filiæ Joannis Frederici Ducis de Brunswick & Hannover, ex quâ genuit Mariam Josepham 8. Decembris 1699. Leopoldum Josephum 28. Octobris 1700. Sed anno subsequente defunctum; denique Mariam Amiliam, eodem anno 1701. mense Octobri natam. Cor ejus in vasculo argenteo cum inscriptione apud Augustinianos Viennæ, & Corpus apud Patres Capucinos in monumento augustissimæ familiæ austriacæ reposita sunt.

In quadragesimâ Episcopus Ruræmundensis Conciones ad populum habet idiomate gallico, ut etiam Præfecti militis præfidiarii, Germani, Angli, Batavi, qui illud idioma ut plurimum callent erantque protestantes, intelligerent.

In Belgio ob æquatas partium vires nil magni actum est: Federati tamen Bochaniam debellant mense Septembri, neque in Hispaniis Mars magnoperè ferbuit, nam defuncto Josepho Cæsare, Carolum Regem mox vocabant Regna hæreditaria ipsumque Romanum Imperium; duodecimo quippè Octobris hoc anno Francofurti in fratris Josephi locum Romanorum Imperator electus est; quam ob rem ubi Barcinone in Reginam ac delectos in id Consiliarios summam regiminis transfulerat, militiamque Comiti Starenbergio commiserat, 17. Septembris solvens Barcinone per Italiam

Carolus electus Imperator Germaniam petit.

Mors Josephi Imperatoris & Delphini Franci.

petiit Germaniam, ac vigesima-  
cundâ Decembris Francofurti so-  
lemni inauguratione Imperator Ro-  
manorum coronatus est, indè circa  
initium subsequens anni mense  
Januario Viennam discessit.

## ANNO MDCCXII.

Ea est in humanis negotiis vicif-  
fitudo, ut mutatis rebus mutantur  
& consilia: id quoque in bello ra-  
tione hæreditatis hispanicæ Austria-  
cos inter & Borbonios suscepto ap-  
paruit: Angli, Batavi, Germani,  
Carolo austriaco fœdere juncti in id  
maximè tendebant, ne Hispania ac  
Gallia in unam Regis personam co-  
alescerent; hæc quippè potentia vicin-  
is & terrori ac periculo foret, ast  
defuncto Josepho Romanorum Impera-  
tore, dum Carolus frater ad Impe-  
rium cæteraque austriacæ domûs  
Regna vocaretur, quam in Philippo  
Borbonio potentiam metuebant, eam-  
dem nunc in Carolo Rege lon-  
gè majorem succescere cernebant, si  
nempe Hispaniis Romani Imperii Ma-  
jestas cæteraque austriacæ Regna ac-  
cederent.

Fœderi igitur, quod adversus Bor-  
bonios cum Austriacis inierant nunc  
quisque eo quo poterat modo ac me-  
liore emolumento se subtrahebat. Lu-  
dovicus Gallæ Rex ac Philippus ut  
Anglos a reliquis belli sociis remo-  
veant, Gibraltar in Hispaniis ac por-  
tum Mahoni in mari Mediterraneo  
iis permittunt, insuper Dunckerkam  
fortissimum gallici maris portum in  
eorum gratiam demoliantur; Angli  
iis commodis illecti fœderi renunti-  
ant, ac Ormontio anglicæ militiæ  
in Belgio præiuncto injunctum est, ne

Armis-  
tium in-  
ter Gallos  
& An-  
1712.

quid hostile in Gallos moliatur,  
eumque in finem armistitio inter An-  
glos & Gallos promulgato; reliqui  
Fœderati hoc tametsi subsidio desti-  
tuti rem suam sub Principe Eugenio  
sirenuè promovent: post expugnatam  
Quenoiam (mense Junio) Landre-  
cium obsident: ast commeatus lon-  
gius in Castra adducendus erat,  
hinc varias stationes & disgregatas  
Copias disponere oportuit, ut nervus  
belli securè ad Castra dirigatur. Vil-  
lars supremus Gallorum Dux in rem  
suam intentus quasdam ex iis Co-  
pias stravit, stationes commeatumque  
occupat præcipiti adè prælio, ut in-  
terea reliquus Fœderatorum exercitus  
adesse non poterat, hinc Fœderati,  
solutâ Landrecii obsidione, recedunt  
versus montes Hannoniæ; Galli rem  
suam bene gerendi occasionem nacti  
Duacum expugnant, aliaque quæ-  
dam minora oppida, ut Quenoiam,  
Bochaniam, cum interea Fœderati  
fortalitium Knock in Flandriâ sur-  
ripiunt; hinc æstate in Autumnum  
vergente utrimque in hiberna dis-  
cessum est.

Et quidem legiones aliquot eque-  
stres prussicæ in Geldriâ nostrâ ruri  
hibernare more solito cœperunt,  
alia aliorum.

Interea pacis promovendæ nego-  
tium fervebat inter partes Ultra-  
jecti: ac inter Lusitanos, Regem Phi-  
lippum ac Gallos 7. Octobris ar-  
mistitium signatum est.

Hiscæ quoque diebus Henrietta  
Christina Ducissa de Wolfenbittel  
& Brunswick, quæ Ruræmundæ  
apud Ursulinas hætenus moratur,  
serenissimi Parentis vestigia secuta,  
ad Catholicam Ecclesiam, relicto lu-  
theranismo, transiit, eamque publicè  
coram Domino Florentio Abbate  
Corbiensi professæ est; id serenissima

Galli  
Duacum  
aliaque  
loca in  
Belgio  
debellant.

Henrietta  
Christina  
Ducissa  
de Wol-  
fenbittel  
con-  
versa ad  
Catholi-  
cam fi-  
dem.



Domina Ducissa, tum & ipse Abbas summo Pontifici significant, quorum epistolis respondet Pontifex Clemens XI. per Breve apostolicum, ejus ut sequitur tenoris:

Duae Epistolae pontificiae ad conversionem Ducissam de Wolfenbuttel.

Epistola Clementis XI. summi Pontificis ad serenissimam Ducissam de Brunswick & Luneburgh.

Dilecta in Christo filia nobilis Virgo salutem & Apostolicam Benedictionem. Repletum est gaudio cor nostrum exultatione, statim ac ex litteris nobilitatis tuæ, nec non ex eis, quæ dilectus filius Florentius Abbas monasterii corbiensis ordinis sancti Benedicti fusè Nobis significavit, te singulari omnipotentis Dei Beneficio illustratam veritatis viam tibi jam pridem a dilecto etiam filio nobili viro Anthonio Ulrico Genitore tuo monstratam iniisse, relictâque ac ejuratâ hæresi, in quâ educata fueras, orthodoxæ Religionis Cultum suscepisse cognovimus. Eidem propterea Patri misericordiarum & Deo totius consolationis gratias agimus immortales, quod te ex errorum tenebris eductam in admirabile catholicæ veritatis lumen benignâ manu perduxerit, adeoque in diebus nostris ex inclytâ tuâ domo novum & quidem splendidum Romanæ Ecclesiæ Ornamentum adjecerit. Tibi verò, lectissima virgo, cujus eximias virtutes & decora ex hoc ipso a te suscepto consilio satis superque colligimus, hanc dexteræ excelsi salutarem in te mutationem effusè gratulamur, eoque impensius gratulamur, quod animi magnitudine tuis natalibus planè digna mundi opes & omnem ornatum sæculi contempleris propter amorem Domini Nostri Jesu Christi, ac ejusmodi Sacrificio meritum tibi duplicaveris ad Coronam, quamobrem centuplum illud, quod cum vitâ ater-

nâ iis promittitur, qui temporalia pro Salvatore dimiserint, tibi debes jure optimo polliceri. Nos interea devotas tuæ ergâ sanctam hanc sedem filialis observantiæ significationes perlibenter amplectimur, & Deum optimum maximum, qui dives est in misericordiâ, precamur, ut nova indies suæ gratiæ munera tibi largiri dignetur, ad quæ promerenda te vicissim omnia pietatis studia ultrò posituram esse non ambigimus, & nobilitati tuæ paternæ nostræ charitatis pignus Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decimaseptimâ Septembris 1712. Pontificatus nostri anno duodecimo. *Signatum erat: H. Batellus. superscriptio: Dilectæ in Christo filiæ nobili virgini Henriettæ Christinæ Ducissæ Brunswicensi & Luneburgensi.*

Libet insuper ob narratorum connexionem hic addere litteras, quas idem Pontifex dictæ Ducissæ consolatorias super morte Parentis transmisit; hic quippè in eâ, quam professus erat, Catholicâ fide piè defunctus est mense Martio 1714. postquam publicum Catholicæ Religionis exercitium in ditionibus suis jam tum stabilitum de assensu etiam filii successoris firmaverat.

Clemens P P. XI.

Dilecta in Christo filia nobilis Virgo salutem & Apostolicam Benedictionem. Quod antè duos annos cum scilicet faustum tuæ ad orthodoxam fidem conversionis nuncium allatum ad Nos fuit, percepimus gaudium planè ingens & singulare,

ut aliis nostris in simili formâ Brevis die 17. Septembris 1712. conscriptis litteris nobilitati tuæ significavimus instauratum, majoremque etiam in modum auctum experti sumus epistolam perlegentes, quam die 28. proximè præteriti mensis Martii ad Nos dedisti. Ex eâ siquidem acceptum a divinâ Misericordiâ Beneficium te luculentius indies agnoscere Catholicæ Religionis Cultum, quem tantâ cum tui nominis laude amplexa es, te summo studio atque constantiâ tueri, eâ demum mentis quiete, tranquillitate ac hilaritate, quâ cum in errorum tenebris versareris, omninò carebas, te nunc abundè potiri, adeoque sanctum propositum tuum magno assiduoque tibi solatio esse, præcipuâ cum voluptate cognovimus, quâ in te cum supernæ gratiæ fortiter suaviterque tecum agentis fructum perspiciamus, Patri misericordiarum ac Deo totius consolationis, qui regeneravit te in spem vivam hæreditatis incorruptibilis, & incontaminatæ & immarcescibilis, quæ conservatur in Cœlis, uberes iterum in humilitate cordis nostri agimus gratias, eumque enixè rogamus, ut eâ, quâ cœpit, cœlestium donorum largitate tibi continenter adesse dignetur, donec, confecto hujus sæculi laborioso certamine, ad ea te vocet præmia sempiterna, quæ repromisit diligentibus se. Egregiæ insuper solidæque pietatis sensus, ac humilem imprimis divinæ voluntati subjectionem, quam tuis in litteris disertè profiteris, magnoperè commendamus, illamque nunc maximè usui tibi fore credimus ad excipiendum, quâ par est, æquanimitate & constantiâ vulnus profectò gravissimum; quod Genitoris tui, omni virtutum

laude ornatissimi Anthonii Ulrici Ducis Brunswicensis & Luneburgensis, cujus memoria in Benedictione, obitus tibi nuper inflixerit. Luctuosum hunc eventum Nos ipsi, qui extinctum Ducem ob præclara sua decora ac eximium præsertim Catholicæ Religionis zelum summoperè diligebamus, ægro molestoque tulimus animo, quod & paterna Charitas a Nobis postulabat, illius animæ æternam requiem Precibus Sacrificiisque nostris hactenus comparare non prætermisimus, publicisque præterea Exequiis id ipsum a venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus negotiis propagandæ fidei præpositis solemnè ritu prætari mandavimus. Studemus modo levare mœrorem nostrum cum dulci recordatione eorum, quæ defunctum Principem divinæ Gloriæ studio incensum paulò antequam humanis rebus eximeretur, egisse novimus, ut liberum publicumque Catholicæ fidei Exercitium suis in Ditionibus stabiliret: quo sanè factò sua cæteroquin illustria in Ecclesiam merita coronavit, tum etiam iis, quæ de morte ab ipso piissimè, ac constanti animo obitâ plurimorum sermone ac litteris fideliter ad Nos relata fuerunt, hæc eadem magno tibi quoque levamento futura non ambigimus ad temperandum dolorem tuum, ac abstergas lachrymas, quas filialis pietas paterno funeri denegare nequivit; quod superest dælecta in Christo filia pro pastoralis officii nostri sollicitudine te vehementer in Domino hortamur, ut non solum eandem Catholicam Religionem, quam suscepisti, firmiter sanctèque colas, sed etiam alios ac potissimum fratres, æterosque sanguine tibi conjunctos ad eam amplectendam sequendamque, non mi-

nus tuum, quam Patris, augustæque Neptis tuæ gloriosum exemplum quibuscumque poteris rationibus, excitare ac urgere non prætermittas, ut quam a Deo misericordiam consecuta es, eam proximis tuis in eodem, quo tu aliquando fuisti, cæcitatatis errore versantibus impendas. Illud tandem enixè a te petimus, ut ejusdem piè defuncti Genitoris tui vestigiis inhærens, Catholicum Cultum in memoratis inelytæ gentis tuæ Ditionibus, non modò, prout constitutum fuit, liberè ac palam exerceri, sed etiam ampliari omni adhibito studio contendas. Quod dum te sedulò facturam esse prorsus confidimus, persuasum interim habere te cupimus, quidquid vel a pontificiâ autoritatè, vel a paternâ, quâ te prosequimur, benevolentia in tua commoda & ornamenta poterit proficisci, paratum semper fore nobilitati tuæ, cui in auspiciis bonorum omnium Apostolicam Benedictionem ex intimo cordis nostri depromptam peramanter impertimur. Datum Romæ ad sanctam Mariam majorem sub annulo Piscatoris Die 28. Aprilis 1714. Pontificatus nostri Anno decimoquarto. *Signatum erat: H. Batellus. Superscriptio: Dilectæ in Christo filiæ nobili Virgini Henriettæ Christinæ Ducissæ Brunswicensi & Luneburgensi.*

Eadem serenissima Ducissa mense Septembri Ruræmundam advenit ceu ad portum quietis suæ, ac ad Monasterium nobilium Virginum Ord. Cisterciensis (vulgò *het Munster.*) ad interim divertit, ubi decimaoctavâ dicti mensis præviè sacramentali Confessione ac sacrâ Communione refecta Sacramentum Confirmationis ab Episcopo Ruræmundensi munitur; in quibus sacris solemnibus Pa-

trina assistit Albertina de Reede dicti monasterii Abbatissa; undè Ducissæ *Albertinæ* nomen superadditum. Mense Octobri Præsul Ruræmundensis Brugis consecravit D. Balduinum de Witte Abbatem monasterii Canonorum Regul. S. Augustini de Eeckhoute, assistentibus Abbate monasterii S. Andree propè Brugas nec non Abbate monasterii Dunensis: similiter circa finem dicti mensis idem Episcopus Brugis tum in Ecclesiâ Cathedrali B. Mariæ Virginis, tum in Templo sancti Salvatoris ultra decem hominum millia sacramento Confirmationis munivit; insuper Joannæ Franciscæ Bouvaert Abbatissæ monasterii S. Trudonis Canon. Regular. S. Augustini Benedictionem Abbatialem impertivit. Hæc munia episcopalia, sede ibidem vacante, rogatu Vicariorum Generalium obivit memoratus Præsul.

ANNO MDCCXIII.

Cum inter Casarem ejusque Fæderatos ac Galliæ Regem Ultrajecti serveret pacis negotium, *Fridericus Rex Borussiae ac Elector Brandenburgensis*, annum dum ageret quinquagesimum sextum, 25. Februarii Berolini in fata concessit. Patri in Regnum reliquasque Ditiones succedit *Fridericus Wilhelmus*, qui mox post patris excessum Rex salutatur, præstitis, quæ moris erant, solemnibus Thori sociam sibi delegit 1706. mense Novembri Sophiam Dorotheam filiam Georgii Ludovici Regis Angliæ ac Electoris Hannoveriani, quæ sæcundâ utriusque sexûs prole hactenus beare non desinit familiam regiam, quam misericors

More  
Friderici  
Regis  
Borussiae.

Deus clementer conservare ac Benedictione tam spirituali quam etiam temporali (quod est meum scribentis ac subditi votum) cumulare dignetur.

Pax Ul-  
trajecti-  
na.

Imminente nunc vere Cæsar in Gallos arma parat, at Batavi britannicis jam auxiliis destituti, aliisque per Gallos commodis invitati pacem cum Gallis Hispanoque ineunt mense Aprili, ac reliqui Cæsaris in bello focii, prout sibi commodum erat, idem fœdus amplectuntur undecimâ Aprilis hoc anno; præcipua pacis Capita hæc erant, ut Hispania omnis cum Indiis Philippo Borbonio cederet; Belgium verò, Neapolis ac Mediolanum, Sardinia &c., in Caroli Cæsaris ac Regis potestate sint: Siciliam Sabaudus habeat: (1) in Belgio tamen aliquot urbes Batavi præsidio teneant, donec iis ab Cæsare factum satis; Geldriæ verò superioris præcipua pars ad Regem Borussiae transeat, quâ de re Cæsar cum Borussiae Rege speciali pacto jam tum secundo Aprilis hoc anno convenerat, de quo infra. Eæ pacis leges hoc modo inter partes initæ, exceptis quæ de Geldriæ superiore erant, Cæsari minimè probantur, hinc Legati ejus Ultrajecto cedere jussi: atque hoc modo universa belli

moles in Germaniam Rhenumque translata, festinantibus illuc è Belgio tum Cæsaris tum Gallorum Copiis; & quidem Princeps Eugenius Philippopoli, Germaniæ Robur cogit, Villarius autem Gallorum Dux firmatis propè Spiram Castris Landavium obsidet sub finem mensis Junii, ac 21. Augusti expugnat. Locum curabat Alexander Dux de Wirtenbergh, qui, relicto nuper Lutheranismò, ad Catholicos transferat.

Gall  
Landavium et  
Friburgum expugnant.

Galli indè digressi Friburgum, pulso Vaubonio, qui vallo urbem cinxerat, obsident, ac initio Novembris ad deditionem cogunt.

Marte igitur hoc modo ad Rhenum furente, Galli vigore pacis initæ Namurcum ac Luxemburgum educto præsidio Batavis tradunt.

Borussiae quoque Rex eam, quam ab Cæsare acceperat, ditionis Gelriæ portionem occupat in vim pacti, quod cum Cæsare Ultrajecti secundâ uti dictum, Aprilis 1713. inierat: tractatum Cæsarem inter & Regem Borussiae hic subjicere libet idioma, quo conceptus est, nempe germanico, & in latinum translato: est autem hujusmodi:

Rex Borussiae portionem Gelriæ sibi cessæ occupat.

(1) Tractatus initus Viennæ 30. Aprilis 1725. inter Cæsarem & Regem Hispan. Philippum anteriores tractatus pacis compendiosè continet, finem imponens bello ratione Hæreditatis Hispanicæ suscepto, in quo quædam mutatio facta est de Regno Siciliae.

WIR CARL DER SECHSTE

Von Gottes gnaden Erwahltter Römischer Kayser, zu allen zeiten Mehrer des Reichs, in Germanien, zu Hispanien, Hungarn, und Boheimb, Dalmatien, Croatien und Sclavonien &c. König, Ertzhertzog zu Osterreich, Hertzog zu Burgund, Steyer, Karnthen, Crain und Württemberg, Graff zu Habsburg, zu Flandern, Tyrol und zu Gartz.

**T**HUN kund und zu wissen jedermanniglich hiermit; Nachdem zwischen unseren und denn, des Durchlauchtigst Groszmachtigen fursten Herrn *Friderich Wilhelms* zu Preutzen Königs, Marggrafens zu Brandenburg, zu Magdeburg, Stettin, Pommern, der Caszuben und Wenden, auch zu Mecklenburg Hertzogens, Burggrafens zu Nurnberg, und furstens zu Halberstadt, Minden, Cammin, Wenden, Schwerin, Ratzeburg und Meurs, Printzens von Oranien, und Neufchatel, Graffens zu Hohenzollern und Schwerin, des Heyl: Rom: Reichs Erts Cammerern und Churfurstens Lbdl: zu denen friedens Tractaten beyderseits Gevollmachtigten Ministris, alsz unserseits denen Hoch- und Wohlgebohrnen auch Wohlgebohrnen *Philipp Ludwig* des Heyl: Roml: Reichs Erbschatz- meistern Graffen von *Sintzendorff* und *Tharhausen*, *Freyherrn* zu *Ernstbrunn*, *Gfoll*, *Grosz-seclowitz* und *Vorlitz*, *Erbshencken* in Osterreich ob der *Emsz*, unserm Cammerern, Wurcklichen Geheimbtem Rath und *Hoff-Cantzlern*, *Rittern* des *Gol-*

NOS CAROLUS SEXTUS

Dei Gratiâ electus Romanus Imperator, semper Augustus, Rex Germaniæ, Hispaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiae ac Esclavoniæ &c. Archidux Austriæ &c. &c.

**U**Nicuique notum facimus, quod, cum inter nostros plenipotentarios Ministros, et plenipotentarios Ministros Illustrissimi ac potentissimi Principis, Domini *Frederici - Guilielmi*, *Russiæ Regis*, *Marchionis Brandenburgi*, *Magdeburgi* &c. &c. ad contrahendum utrimque de Pace, videlicet: ex nostrâ parte inter alidè & benè natos *Philippum Ludovicum*, *Sacri Romani Imperii hereditarium Thesaurarium*, *Comitem Sintzendorpii* & *Turbausen*, *Baronem in Ernstbrunn* &c. &c. nec non *Michaëlem Achatz Baronem in Kirchnem* &c. &c. ex unâ; & alidè & benè natos *Ottonem Magnus*, *Sacri Romani Comitem in Donhoff*, &c. &c. nec non *Joannem - Augustum Marshall à Bieberstein* &c. &c. ab alterâ parte, 2. Aprilis anni currentis utricesii, sub nostrâ ratificatione, transactum fuerit de cessione certæ portio- nis Regionis superioris Geldriæ Hispanicæ, cujus Tractatus hic verbotenus sequitur:

denen Vließz: dann Michael Achatzen, freyherrn von Kirchnern, unserem Wurcklichen Reichs-Hoff-Rath, an Einem: dann an seiten S.r Lbdl: denen auch Hoch- und Wohlgebohrnen und Wohlgebohrnen Otto Magnus des Heyl: Rom: Reichs Graffens von Donhoff, Derofelben Etats Ministround wurcklich geheimbten Krieges - Rahten, General Leutenant von der infanterie, des Preussischen schwarzen adlers Rittern, Gubernatorn und oberhauptmann zu Mimmel: Dann Johann August Marschall von Bieberstein, Dero auch wurcklich geheimbten Etats Rahten, Oberheroldts-meistern, Amtshauptmann zu Giebichenstein und S.t Moritzburg, des Preussischen schwarzen adlers und des S.t Johannis Ordens Rittern, am anderen Theil, den 2 April dieses lauffenden Jahres zu Utrecht ein vergleich auf unsere Ratification von wegen uberlass und abtretung an S.e Lbdl: eines nahmhaftten antheils des obern quartier von dem Spanischen Geldern, eingangen und getroffen worden, welcher von wort zu wort also lautet:

Zu wissen denen es nothig, dass, nachdem van Ihrer Rom: Kayserl: Majest: Leopoldo I. glorwürdigsten andenckens, auf sichere art und Weise, und unter gewissen bedingungen versprochen worden, ein und andere forderungen, womit der lestt verstorbene König in Hispanien Carolus II. Hochstseel: andenckens dem König in Preussen verhasstet gewesen, auf sich zu nehmen, hierauf auch erfolget, dass deren befriedigung vom Hochstged: König in Preussen verlanget, und dessenthalben ein ansehnlicher Theil des Oberquartiers von dem Spanischen

*Sciunt, ad quos pertinet, quod, cum Romanus Imperator Leopoldus I. gloriosissimæ memoriæ, se certo modo ac certis conditionibus aliquaspetitiones seu contentiones, quibus ultimò mortuus Hispaniarum Rex, Carolus II., piissimæ memoriæ, ergà Borussiarum Regem obstrictus erat, in se fuisse recepturum promiserit, & inde exenerit, ut earum satisfactio ab altè memorato Rege Borussiarum exacta, & idcirco Pars considerabilis Regionis superioris Geldriæ Hispanicæ retenta fuerit; eâ propter, ad fundandam & conservandam*

Gueltern innen behalten worden ; so ist zu stift- und Erhaltung guten Einvernehmens , und in ansehung der stattlichen verdienste , welche der letsthin abgelebte Konig in Preussen glorwürdigsten Andenckens umb das Ertzhauss von Osterreich sambt gantzen gemeinen Weesen erworben , und von dem jetzo in der Regierung mit gleichmässigen Patriotischen Eysfer eintretenden nachfolger Konigl: Maj: ferner verhoffet werden , Endes befindtlichen dato Zwischen beyderseits allerhochstg: Keyserl: und Konigl: Maj: zu gegenwartigen friedens Congres bevollmächtigten Miniftris , und zwar an seithen ; ihrer Roml: Kayserl: und Catholischen Konigl: Maj: denen Hoch und wohlgebohrnen Herren , Philip Ludwig des Heyl: Rom: Reichs Erb-schatsmeistern Grafen von Sintzendorff und Tharhausen , Freyherrn von Erndtsbrunn , Herr der Herrschaften groll und Grosf seclowitz , burggrafen zu Rheinegs , Obrist - Erb - Kampff - Richtern und Schildtragern , wie auch Obrist - Erb-Land Vorschneidern in Ober- und unter Osterreich , Erbschencken in Osterreich ob der Emsz , der Roml: Kayserl: in Germanien Hispanien , zu Hungarn und Boheimb Konigl: Maj: Cammerern , wurcklichen Geheimbten Rath , Obristen Hoff-Cantzlern , Rittern des Goldenen vliesses , und Ersten gevollmächtigten zu dem allgemeinen friedens Congress ; dann Michael Achatz , freyherrn von Kirchner , Herrn zu Heraletz , Humpoletz , Pollerskirchen , Rothen Thurn und Quitenau , Jhro Roml: Kayserl: Maj: wurcklichen Reichs-Hof Rath : an seithen Jhro Konigl: Majest: in Preussen aber denen Hoch - und wohlgebohrnen Herren

*concordiam , & attento quod ultimò mortuus Borussia Rex , gloriosissima memoria , optimè de Archidomo Austriacà , totaque re publicà meritis fuerit , & quod ulterius , ut speratur , modernus Rex , ejus Successor , aequè benè de eà sit meriturus , die infrascriptà , inter Ministros præfata celsissima Majestatis Imperialis , & Ministros præfata celsissima Majestatis Regiæ , ad præsentem Pacis Congressum utrimque Deputatos , nempe ex parte Imperatoris Romani Regisque Catholici , inter altè & benè natos Dominos Philippum Ludovicum , Romani Imperii Thesaurarium hæreditarium , Comitem Sintzendorpii & Tharhausen , Baronem in Erndtsbrunn Sc. Sc. nec non Michaëlen Achatz Baronem in Kirchner Sc. Sc. ex unà , & ex parte Regis Borussiae altè & benè natos Dominos Ottonem Magnus , Sacri Romani Imperii Comitem à Donhoff Sc. Sc. , necnon Joannem Augustum Marschall à Bieberstein , Consiliarium Sc. ex alterà parte , transactum fuerit ut sequitur :*

*Dagegen überhaben Jhro Roml: Kayserl: und Cathol: Konigl: Maj: in hoher Jhro Reichens Gnad: durch die Unterzeichnung von Gueltern , was die Jhro Majest: in Preussen zu dem*

Otto Magnus des Heyl: Rom: Reichs Grafen von Donhoff, Erbherrn zu Friederichstein, Wenefelt und schonmer &c. S.r Konigl: Maj: in Preussen Etats Ministern und wuͤrcklich Geheimbten Krieges Rath, General Lieutenant von der Infanterie, des Preussichen schwarzen adlers Rittern, Gouverneur und Oberhauptmann zu Mimmel und Ersten Plenipotentiario zu dem allgemeinen friedens Congress etc. Dann Johann August Marschall von Bieberstein, wuͤrcklichen Geheimbten Etats Rath, Oberheroldts-meistern, amts-hauptmann zu Giebichenstein und St. Moritzburg, des Preussichen Schwarzen adlers des St. Johannis Ordens Rittern &c. Verglichen und abgeredet worden. Es begeben sich

## ART. I.

Jhro Konigl: Maj: in Preussen obgedachter forderungen, und renunciiren auf dieselbe vellig, jedoch mit vorbehalt dererjenigen, welche auf die niederlandischen Provintzen bereits wuͤrcklich aufgesetzt, und angewiesen worden, ziehen auch so gleich bey Einraumung der Possession der benannten cedirten Lande, Jhre Troupen aus der Vestung Venlo und den fort St Michael.

## ART. II.

Dagegen uberlassen Jhro Roml: Kayserl: und Cathol: Konigl: Maj: in bester form Rechtens Dero antheil des Oberquartiers von Geldern, welches der Konig in Preussen furjetso

## ARTICULUS I.

*Rex Borussiae sive Prussiae plenè cedit supradictas petitiones, usque renunciat, cum reservatione tamen istarum, quæ modò effectivè super Provincias Belgicas expositæ & assignatæ sunt, trahit, derelinquendo Possessionem cessarum Regionum, suas Copias ex Arce Venloensi, & Castello S. Michaëlis.*

## II.

*In compensationem cedit Imperator Romanus ac Rex Hispaniarum suam portionem superioris Regionis Geldriensis, quam modò tenet Prussiae Rex, nominatim Ur-*



innen hat, benandtlich die Stadt Gueldern, die vogthey, das amt, und Nieder amt von Gueldern, mit allen was darzu gehoret, und davon dependiret, in sonderheit auch die Städte, amter und Herrschafften Strahlen, Wachtendonck, Middelaer, Walbeck, Aersen, Afferden und Weel, ingleichen Raey und klein Kevelaer, sambt allen ihren Zugehorungen und dependenzen; ferner die Ammanie von Krieckenbeck mit allem, was darzu gehoret, oder davon dependiret, ingleichen das Landt von Kessel, gleichfalls mit dessen appertinenzen und dependenzen, allenthalben von obgedachte Ammanien und vollingen district, nichts aussgeschlossn aufer Erckelentz, und dessen Zuhor und dependenzen, an Hochlgedachte Seine Konigl: Maj: Friderich Wilhelm Konig in Preuszen und dessen Erben und nachkommen Man und Weibl: Geschlachts in der qualitet, wie solches bisshero bey dem Ertzhaufe Osterreich gewesen, und mit aller Landts furstl: Hoheit, Rechten und Gerechtigkeiten, Einkunfften und Vortheilen, sie mogen nehmen haben wie sie wollen, ebenmassen, wie solches Bis anhero das Ertz - haufs Osterreich, und sonderlich der letst verstorbene Konig in Hispanien besessen, und innen gehabt, jedoch mit denen darauf haftenden beschwerungen und pfandschafften.

Es setzen auch Jhro Kayserl: Maj: S.e Konigl: Maj: in Preuszen bey aufwechielung der Ratification dieses Tractats in die wurckliche und ruhige Possession aller der cedirten Stucken, welche S.e Konigl: Maj: noch nicht besitzen.

*dem Geldriam, ejusque Praefecturam superiorem & inferiorem cum omnibus appendicibus & accessionibus, speciatim etiam Villas, Pagos, Oppida, Jurisdictiones & Dynastias in Strahlen, Wachtendonck, Middelaer Walbeck, Aersen, Afferden, & Weel pariterque Raey & parvum Kevelaer, cum appendicibus; ulterius praefecturam Ammaniae Krieckenbeck cum appendicibus; item terram sive Regionem Kesselsen, etiam cum appendicibus, nihil ex districtibus illis excipiendo, nisi Erckelentz cum appendicibus, praefato Prussiae Regi Frederico-Guilielmo, ejusque heredibus ac successoribus utriusque sexus, modo quo hucusque tenuit Archidomus Austriaca, cum omni Principatu, juribus, jurisdictionibus, Proventibus, ac Prerogativis cujuscumque nominis, eodem modo quo hucusque Domus Austriaca & speciatim ultimò defunctus Hispaniarum Rex illud possederunt, attamen sub omnibus oneribus atque hypothecis annexis; ceditque Imperator Regi Prussiae, post ratificationem hujus tractatus, pacificam et quietam Possessionem partium cessarum, nondumque ab eo hactenus possessarum.*

## ART. III.

Was die Lehnſchaften betrifft, welche innerhalb gedachtem Diſtrict gelegen, oder zu denen angewieſenen Ammanien biſzhero gezahlet oder geſchlagen worden, darüber ſoll dem König in Preuſzen das *Dominium directum* ſambt allem was davon dependiret, ohne einige auffnahme zuſtehen; Dahin gegen alle die welche auſſerhalb des abgetretenen antheil Landes zu bevin- den, es ſey in dem ubrigen Guel- dern, oder an welchem ort es immer wolle, Ihrer Kayſerl: Maj: eben- falls mit alle Lehen und Oberherr- lichen *Juribus* vorbehalten bleiben.

## ART. IV.

Die Romiſch Catholiſche Religion ſoll allenthalben in Städten ſo wohl allf auf dem Lande durchgehends in dem Zuſtand verbleiben, wie ſolches zu zeit Caroli II. geweſen, und darinnen, wie auch allen dar- bey ublichen offentlichen und an- deren ceremonien, allf Proceſſionen Wahlfahrten, Leich-begangnuſſen, und dergleichen weder directé noch per indirectum die geringſte neue- rung oder anderung, unter was ſchein oder vorwandt es auch immer ſeyn moge, gemacht werden.

## ART. V.

Und gleichwie Ihre Rom: Kay- ſerl: und Cathol: König: Maj: die

## III.

*Quoad feuda, in dicto districtu sita comprehensa, aut intellecta Prussiae Rex horum habebit Dominium directum cum omni appendice sine exceptione; è contra omnia illa, quæ sunt sita extra portio- nem cessam, sive in Geldria restante, sive in quocumque alio loco, manent Im- peratori reservata cum omnibus juribus, feudalibus et dominicalibus.*

## IV.

*Religio Romano-Catholica ubique, tam in Civitatibus quam Ruri, gene- raliter manebit in statu quo fuit tempore Caroli II. et etiam in omnibus con- suetis, publicis atque aliis Caremoniis puta Supplicationibus, Peregrinationibus, Processionibus funebribus, ac similibus, neque directè nequè indirectè ne minimum quidem, sub quoviscumque prætextu, in- novabitur nec immutabitur.*

## V.

*Et cum Nominatio Episcopi Ruræ- mundani pertineat ad Imperatorem,*

benennung und nomination eines Bischoffs zu Ruremond ohne des bevor bleibet, also soll gedachtem Bischoff' und seinen nachfolgern die geistliche Jurisdiction, und das jus Dioecesanum in dem vorhinge-habten Volligen District gelassen werden, wie er solche zu zeit Caroli II. exerciret wie dann auch

ART. VI.

Die Closter, Kirchen, Hospitaler, Schulen, seminaria sambt allen Geistlichen Stiltungen ohne einige beschränkung für die Rom: Cathol. Religion wie vorhin verbleiben, und unter der Aufsicht und Collatur des Bischoffs zu Ruremond gelassen, auch die beneficia Ecclesiastica durch niemand außer selben vergeben werden sollen.

ART. VII.

Was anlanget die privilegia und freyheiten des Landes und Dero sambtlichen Stande und Unterthanen, so ist durch Jhro Konigl: Maj: versprochen worden, solche gewöhnlicher massen vermog des zu Venlo anno 1543 geschlossenen Tractats beschwaren zu lassen, und die sambtliche stande und unterthanen darbey rukig und ungekränckt zu erhalten, auch niemand zu gestatten, etwas dargegen zu thun; insonderheit kraft derselben.

*eidem Episcopo, ejusque successoribus relinquetur jurisdictio spiritualis ac jus dioecesanum in integro Districtu in quo antè habuit, modoque quo tempore Caroli II. exercuit.*

VI.

*Pariter Monasteria seu Claustra, Ecclesie, Hospitalia, Scholæ, Seminaria, cum omnibus spiritualibus foundationibus sine aliqua restrictione remanebunt, uti antè, Religioni Romano-Catholicæ, et relinquuntur sub inspectione et collatione Episcopi Ruræmundani; et Beneficia Ecclesiastica a nemine, nisi ab ipso, conferentur.*

VII.

*Quoad Privilegia & Libertates Regionis omniumque ejus Statuum & subditorum, promisit Rex, se illa juramento confirmanda curaturum esse modo consueto secundum Tractatum Venloënsis anni 1543. seque omnes Status seu Ordines ac subditos in hoc pacificè et illimitatè tenturum, et nemini permissurum huic contraire seu contradicere.*

## ART. VIII.

Alle und jede Ehren . ambter ,  
so woll bey der Landes Regierung ,  
alsz in Städten , Obrigkeiten , Ma-  
gistraten und Gerichten , mit Einge-  
seffenen Romisch Catholischen per-  
sonen zu besetzen , und .

## ART. IX.

Zu handhabung der Justitz ein  
eigenes Tribunal zu bestellen , damit  
die Stande und unterthanen vor  
keine Gerichtbahrkeit außserhalb  
Landes gezogen werden mogen ,  
oder da darbey schwurigkeiten her-  
vorkommen solten , sich daruber mit  
ihren Landt - Standen zu vernehmen .

## ART. X.

Und weil auch die Einrichtung  
der Landtschaffs angelegenheiten ,  
wie solche hin fuhro ohne einoder  
der anderen Theils nachtheil gefon-  
dert , und die auf die totalitatem  
Provinciæ genommene schulden be-  
zahlet , und versicheret werden kon-  
nen eine besondere unterfuchung  
erfordert , alsz sollen darzu von bey-  
den seithen forderfamst commissarii  
benennet , und so wohl hierinnen ,  
alsz wo es sonst nothig , die bil-  
ligkeit beobachtet werden .

## VIII.

*Speciatim se virtute ditorum Prioi-  
legiorum collaturum esse Personis Romano-  
Catholicis , Habitantibus , omnia ho-  
noris Officia , tam pro Regionis regi-  
mine , quam in Civitatibus , Magistra-  
tibus , et Tribunalibus .*

## IX.

*Et se ad protegendam justitiam Tri-  
bunal proprium erecturum , ne Ordines  
sive status ac subditi trabantur ad ju-  
dicia extrâ Regionem , et si indè dif-  
ficultates oriantur , se quoad has Re-  
gionis Ordines audieturum .*

## X.

*Et cum quoque dispositio seu ordinatio  
negotiorum utilium Regionis , puta quo-  
modo hæc in posterum sine præjudicio  
unius alteriusve partis possint separari ,  
et quomodo debita ad onus totalitatis  
provincialis contracta possint solvi et  
affecurari , exigat examen particulare ;  
eâ propter ab utrâque parte deinceps  
Commissarii nominabuntur , et in hoc æquè  
benè ac ubique opus , æquitas serva-  
bitur .*

ART. XI.

Auch haben beyde Theile sich anheischig gemacht, keine neue Vestung an der maass in dem Gueldrischen bezirck zu bauen.

ART. XII.

Wegen der jährlichen Renthen von Achtzig Taufend gulden, welche auf die maass-zolle verschrieben seyn, und von Friderich Henrich Printzen von Oranien Christlobl: gedachtnuff herruhren, ingleichen wegen Daesberg, S.t Viet, Vianden und Butgenbach, wie auch wegen aller ubriger zur Orangischen succession gehorigen, und in denen Spanischen Niederlanden belegenen stucken, werden S.r Konigl: Maj: in Preulzen Ihre Jura reserviret.

ART. XIII.

Gleich wie nun alles dieses von Ihrer Konigl: Maj: in Preulzen erkentlich angenommen worden; also versprechen Sie dagegen Krafft dieses, so wohl auf den fall, da der friede erfolgen: als wieder verhoffen der krieg continuiret werden solte, uber die bereits vorhin mit Jhro Kayserl: und Cathol: Konigl: Maj: habende verbundnusse und Tractaten sich genauer mit Derofelben zu setzen, und in solche verfassung zu tretten, wordurch die Derofelben

XI.

*Etiam ambæ partes sibi interdixerunt consiruere novam arcem sive propugnaculum apud Mosam in circuitu Geldriæ.*

XII.

*Quoad reditus annuos octoginta milium florenorum, qui imposti sunt Mosæ Teloniis, ac à Frederico-Henrico, christianæ memoriæ, Principi Arausiensî proveniunt, ac etiam quoad Daesberg, sanctum Vitum, Viandam et Butgenbacum, ac pariter quoad ceteras partes, ad successionem arausiensem pertinentes, et in Belgio Hispanico sitas, horum jura Prussiæ Regi reservantur.*

XIII.

*Cum ergò omnia hoc à Rege Prussiæ gratè acceptatum sit, ea propter vi bujus, tam benè in casum quo pax generalis sequeretur, quam quo contra spem bellum continuaretur, declarat ille, se respectu pactorum et tractatum anted cum Imperatore initorum, cum eodem accuratius ponere et in talem intrare dispositionem, quominus Belgium ad ipsum pertinens cum residuo partis superioris geldriensis ab Archidomo Austriacæ*

zukommende Niederlande, sambt dem uberrest des Oberquartiers von Gueldern bey dem Ertz-hause von Osterreich erhalten, und kunftig vor allem feindlichen uberfall bedeckt bleiben, auch allenthalben die gemeine Ruhe und sicherheit fast-gestellet werden moge.

## A R T. X I V.

Diesen Tractat werden beyde Theile innerhalb 6. wochen a dato der Unterschrift, und wo moglich eher ratificiren.

Zu Urkundt dessen haben Eingangs benannte Ministri Plenipotentarii dieses eigenhandig unterschrieben, und Jhr gewöhnliches pettschaft dabey gedruckt So geschehen Utrecht den anderten April im Jahr ein tausend siebenhundert und Dreyzehen.

(L. S.) Philipp Ludwig Graff  
von Sintzendorff.

(L. S.) O. M. Graff von  
Donhoff.

(L. S.) Michael Achatz, freyh:  
von Kirchner.

(L. S.) J. A. Marschall von  
Bieberstein.

*retineatur, et in posterum ab omni inimicâ aggressionè intactum maneat, ut sic generaliter quies communis et securitas confirmari possit.*

## X I V.

*Hunc Tractatum ambæ Partes infra sex septimanas à die subscriptionis, et si possibile, citius ratificabunt.*

*In quorum fidem Ministri Plenipotentarii supra nominati hæc propria manu signaverunt et sigilla sua ordinaria hic apposuere. Ità actum Utricesii vel Ultrajecti, die secundâ Aprilis Anno millesimo septingentesimo decimotertio.*

(L. S.) Philippus Ludovicus  
Comes a Sintzendorff.

(L. S.) O. M. Comes à  
Donhoff.

(L. S.) Michael Achatz Baro  
in Kirchner.

(L. S.) J. A. Marschall a  
Bieberstein.

Dass wir demnach, was von oberlagt - unsern Ministris mit seiner Lbdl: bevollmächtigten jetzt gehörter maßzen gehandelt, verglichen, und geschlossen worden, in allen puncten und articulen durchgehendts genehm gehalten, bestattiget, und ratificiret haben: halten auch genehm, bestattigen und ratificiren dazselbe alles wie obstehet, hiemit und in kraft dieses: versprechen und geloben unter unserm Kayser - Ertzhertzogi: worte, und wollen, dass, was von unfertwegen also abgeredet, geschlossen, und jetzt von uns genehm gehalten, und bestattiget worden, in allen seinem Inhalt und Clausulis getreulich und aufrichtig vollzogen: demselben nicht Zuwieder gehandelt; noch dass es von anderen geschehe, von uns gestattet werden solle. Zu dessen mehrerer bekräftigung wir dieses instrument eigenhandig unterschrieben, und demselben unser Kayserl: Konigl: und Ertzhertzogliches secret Insiegel anhangen lassen. Geben auf unserm schloss Laxenburg den Zwolften Monats Maji, im siebenzehnhundert und dreyzehenden: unserer Reiche des Romischen im Zweyten: des Hispanischen im Zehenden: und des Hungarl: und Boheimbl: auch im Zweyten jahre.

Carl

Loc: sigilli archivi  
sanct: Regis Borussiae.

Unten stund.

Nos illud, quod a predictis nostris Ministris Plenipotentariis, & Ministris Plenipotentariis suae dilectionis modo jam intellecto actum conventum et conclusum est, in omnibus punctis et clausulis generaliter gratum habuerimus, confirmaverimus et ratificaverimus, etiam gratum habemus, confirmamus et ratificamus omne illud quod supra habetur per hoc et vi hujus: promittimusque sub fide nostra imperiali & archiducali, et volumus, ut quodcumque ita in nomine nostro tractatum, conclusum et jam a nobis ratum habitum et confirmatum est, in omni suo tenore, et clausulis fideliter sincerèque adimpleatur, et contra id non agatur, nec ut ab aliis fiat permittemus. Majoris roboris ergò signavimus hoc instrumentum manu propria, et huic nostrum sigillum imperiale-regium atque archiducale appendi jussimus. Dabamus in nostro Castro Laxenburgensi die duodecima Mensis Maii Anno millesimo septingentesimo decimotertio. Nostri Imperii Romani secundo, Regni nostri Hispanici septimo, et Regnorum nostrorum Hungarici et Bohemici etiam secundo.

Carl

Loc: sigilli Archivi  
S. Regis Borussiae.

Infra erat.

(L. S.) Obstehende Copey ist mit dem bey hiesigem Konigl: Preusz. Archivo befindlichem Original gleichlautend. Berlin den 2. Sept. 1713. war unterzeichnet

*Joh: Fried:  
G. V. Seilern.*

*J. C. Hund. K. Pr. Rath  
und Archivarius.*

*Ad mandatum Sæ Cæsareæ  
et Catholicæ Regiæ Majestatis proprium.*

*Johann Georg von Buol.*

Dass vorstehende Copey mit der in hiesigem Archivo vorhandenen und in dem Konigl: Hoflager authentisirten, von wort zu wort gleichlautend seye, solches bescheinige hiemit. Geldern den 29. Octobris 1725.

*Heinius.*

*Konigl: Preusz: Archivarius  
und Erster secretarius hieselbst.*

(L. S.) Exemplar hoc conforme est Joh Fred. originali quod habetur in G. V. Seilernensis. *Archivis Prussia Regis. Berlini 2. 7bris 1713.*

*Erat signatum:*

*Hhund consiliarius  
et Archivarius Regis Prussia.*

*Ad mandatum Sæ Cæsæ et Catholicæ  
Regiæ Majestatis proprium.*

*Signat: Johann Georg van Buol.*

*Præcedens exemplar concordat de verbo ad verbum cum Regio Hoflager quod habetur in Archivis hic quod attestor. Geldria 29. Octobris 1725.*

*HEINIUS.*

*Archivarius et primarius Secretarius  
Regis Prussia.*



ADDENDA

Sub Wilhelmo Lindano primo Ruræmundensium Episcopo antè  
 pacificam Episcopatus possessionem.

Epistola Joachimi Hopperi ad Viglium ab Aytta Zuichemum.

Inseratur ad  
 annum  
 1563.

„ Allatæ sunt abhinc ferè biduum  
 „ litteræ Domini de Meghem cum  
 „ actis Cancellarii Geldriæ apud Ru-  
 „ ræmundam, quorum summa hæc  
 „ est : auditâ per Magistratum Op-  
 „ pidi relatione instituti regii de  
 „ novo Episcopo illic constituendo :  
 „ deliberatione factâ mox respondit,  
 „ se inconsultis Præpositis artificum  
 „ nihil audere statuere, verùm iis  
 „ auditis continuò certi aliquid res-  
 „ ponsi daturum. His auditis, co-  
 „ natus quidem est Cancellarius im-  
 „ pedire, quominus ad eos eâ de re  
 „ referretur, sed frustrâ : itaque sta-  
 „ tim indictus est conventus. Quo  
 „ quidem paucis habito, revocatus  
 „ est Cancellarius in Curiam, ubi  
 „ pleno consensu ex communi con-  
 „ sensu responsum illi est ; quo-  
 „ niam res magna est, de quâ agi-  
 „ tur, et pertiñens ad sœdus ven-  
 „ loense, senatum populumque ru-  
 „ ræmundensem nihil velle consti-  
 „ tuere, nisi re cum Ordinibus to-  
 „ tius Geldriæ deliberatâ. At verùm  
 „ Cancellarius multa respondit, co-  
 „ natus omnibus nisibus populo per-  
 „ suadere, ut oblatam conditionem  
 „ tam gloriosam ac magnificam ac-  
 „ ceptaret ; sed nihil profecit : adeò  
 „ ut interroganti ipsi, quid causæ

„ esset quod eos moveret, nihil am-  
 „ plius post multam deliberationem  
 „ responsum sit, quam itâ videri ;  
 „ quo factò discessit è Curia. Paulò  
 „ post venit ad illum domum invo-  
 „ catus Decanus Capituli dicens,  
 „ sibi ac suis factum senatûs & po-  
 „ puli mirificè displicere : putare au-  
 „ tem malum ortum ab nonnullis  
 „ Præpositis opificum & paucis ali-  
 „ quot decurionibus, qui dubiæ Fidei  
 „ & Religionis sunt ; majorem tamen  
 „ partem plebis sanam esse, & favere  
 „ instituto regio. Non dissimilia pos-  
 „ teâ narravit Pastor, qui & ipse  
 „ Cancellarium ultrò adiit, addens  
 „ malum indies crescere, idque se  
 „ sentire ex numero Communican-  
 „ tium, qui quotannis decrescit.  
 „ Hic nunc quæritur, quid porrò  
 „ agendum sit, nam id expectat Co-  
 „ mes à Meghem, seque ad omnia  
 „ paratum scribit. Illustrissima Du-  
 „ cissa censuit exempla actorum ad  
 „ Amplitudinem vestram simulque  
 „ ad Reverendissimum Dominum  
 „ Cardinalem mittenda, & utriusque  
 „ vestrûm sententiam per litteras  
 „ exquirendam. Ego proposui, ec-  
 „ quid conveniret Comitem à Me-  
 „ ghem ire Ruræmundam, eoque ibi  
 „ præsentem Episcopum quodam ves-  
 „ pere, inscio populo, Oppidum in-

„ grèdi, & postridiè manè in Eccle-  
 „ siam è domo Decani vel alterius,  
 „ ità uti oportet, publicè & cum  
 „ Cæremoniâ ecclesiasticâ tantùm in-  
 „ troduci; quod ut ad Amplitudinem  
 „ vestram perscriberem Ducissa man-  
 „ davit: quod non volui omittere,  
 „ cætera prudentiæ vestræ relinquens.  
 „ Bruxellæ 12. Aprilis 1563. *Est epist.*  
 „ numero XXXIII. pag. 46 et 47.

*Epistola ejusdem Hopperi ad eundem  
 Viglium.*

Insera-  
 tur ad  
 annum  
 1563.

„ De negotio ruræmundensi per-  
 „ placet sux Celsitudini consilium  
 „ Amplitudinis vestræ; sed quoniam  
 „ illustrissimus Dominus Cardinalis  
 „ nondum respondit, censuit illius  
 „ litteras adhuc expectandas. Mihi  
 „ idem quod Vobis videtur, diur-  
 „ nam istam moram plurimum no-  
 „ bis adferre detrimenti, malevolo-  
 „ rum consilia firmare. Accedit etiam,  
 „ quantum mihi quidem videtur,  
 „ quod haud suam an expediat vo-  
 „ luntatem subditorum hâc in re ex-  
 „ quirere, qui, parvâ occasione datâ,  
 „ continuò multum authoritatis sibi  
 „ arrogant; an verò satius esset tam-  
 „ quam re confectâ ad eos mittere,  
 „ nec aliud agere quam hortari, ut  
 „ voluntati suæ Majestatis se accom-  
 „ modent, & Episcopum suum lu-  
 „ bentibus animis suscipiant, quem-  
 „ admodum Buscoducis fiebat. Ac  
 „ quoniam quidem Dominus Aren-  
 „ bergensis nunc hic est, dedit ne-  
 „ gotium sua Celsitudo, ut super eâ  
 „ re ad vos scriberem, quænam sci-

„ licet formula instructionis illi dan-  
 „ da videatur, eane, quâ apud Ru-  
 „ ramundam usi sumus, an verò illa  
 „ Buscoducensi, quâ, presente pro-  
 „ portis Episcopo, res agebatur. Non  
 „ video quominus Leovardiæ ità  
 „ facere liceret: sed de Groningen-  
 „ sibus & Daventriensibus sanè valdè  
 „ dubito. Utrumque & commoda  
 „ sua habet & incommoda. Bruxellæ.  
 „ 15. Aprilis 1563. *Est epist. numero*  
 „ XXXV. pag. 49.

„ Scribit Ballivus Tholnensis, Epif-  
 „ copum Middelburgensem possessio-  
 „ nem Tholnis accepisse, ibique Rem  
 „ divinam septimâ hujus Mensis  
 „ magnâ Cæremoniâ celebrasse: tan-  
 „ tumdem Lindano nostro, qui ad-  
 „ huc hic est, optarem; qui, cum  
 „ non habeat quod agat in suo Epif-  
 „ copatu, hic librariorum exagitat, non  
 „ injuriâ quidem, nam crescit, quan-  
 „ tum video, nimium eorum audacia,  
 „ sed non satis, ut puto, prudenter  
 „ propter invidiam, non hic modò, sed  
 „ & apud suos: itaque admonui, ut  
 „ rixas cum librariis, quas intelligo  
 „ nonnullas intercessisse, missas fa-  
 „ ciat; si quid verò non rectè vi-  
 „ deat fieri, ejus Curiam faciat cer-  
 „ tiorem, ut per eam remedium,  
 „ quod oportet, adhibeatur. Antver-  
 „ piæ. 16. Maji 1563. *Est epist. XLI.*  
 „ pag. 57.

EXTRACTUM

*Ex epistola Wilhelmi Lindani dedicata RR. Domino Alexandro Frumento ad Regem Portugallie Nuncio Apostolico, operi suo cui titulus : Fasciculus poenitentiae praefixa, qua describit itinerarium suum italicum et hispanicum his verbis :*

Inseratur ad annum 1579.

CUM nos (W. Lindanum) salvos Deus Opt. trans Rhenum, Nierum, Danubium, et Oenum in Alpes usque Tridentinas deduxisset Illustriss. D. Card. Tridentinus Christophorus Madrutius nos ex diversorio in suum bis ter invitavit concedere toto cum comitatu palatium; magnis impensis pridem à Reverendiss. Domino Bernardo Tridentino Episcopo Maximiliani consiliario ac vero patre patriæ ornatum & magnificè instauratum. Is ubi nos exules læto admodum vultu excepisset, ad primam salutationis vocem illud mihi summa humanitate occinebat, suæ non immemor conditionis humanæ, atque futuri providens, hodie tibi Reverendiss. Domine inquit, cras mihi! Prudentissimus vir atque idem nobilissimus princeps non minus rara rerum sacrarum doctrina, quam eloquentia egregia, & pietate insigni excultus verebatur & sibi aliquando fortè similem nostro incertum rerum humarum fluxum. Quod enim mihi in provinciâ potentissimi Regis Philippi acciderat, & sibi in regione, quæ minus sibi praesidii à quoquam hominum potest polliceri, evenire posse, cautus in futurum prospiciebat. Quod, ô utinam! & cæteri hujus or-

dinis meditatam haberent, animoque subinde voverent salutariter provido. Introductos igitur qua & benevolentia, & humanitate simul & honore affecerit, epistolaris non patitur brevitatis ut exponatur diffusius. Itaque dies aliquot honorificè ad juxta suavissimè detinens, ut itineri subinde accinctos non dimittens, totum nos hæere mandavit sexiduum. Quo elapso, vix impetrata discedendi (post varias de controversiis Religionis & iis omnium difficillimis horum temporum disputationes inter nos magna voluptate atque admodum perjucundè habitas) venia; cujus obsecro illud erat humanitatis, quod abituro hospiti antea ignoto tam liberale offerre dignabatur viaticum, quo tandem cumque in iter perficiendum foret opus? Verum actis humanissimæ in nos exules voluntati ejus gratiis, in Italiam properabamus: ne nos rigida itinerantes in montuosis & lutosis hyems opprimeret. Indè Bononiam studiorum matrem atque Academiæ Lovan. & aliarum aliquot matricem, læti & incolumes fuimus delati. Ubi rem Illustr. Gabriel Palæotus audivisset Episcopi cujusdam Belgici adventum mox ad nostrum misit diversorium; qui ad suum vocarent

Bononia.

palatium. Quo postridie sub prandium cum accessissem, ille ad ignoti hospitis ingressum, dimissis quibuscum clientulis & civibus agebat accurrens, humanitate summa nos excepit; meum nec tenens nomen, nec gregis Christi nobis crediti Ecclesiam. Ubi inter nos salutassemus, ac pauca colloqui de infelici Belgicarum rerum statu, mox ille, sed unde Rev. D. nobis venis? cujusnam Ecclesiæ pastor es? Ubi Ruræmundam audivit. Itane inquit, tu es ille Lindanus meus? ô me fœlicem, qui te ignotum meo tandem excipio hospitio! Non mihi Angelus de Cœlo veniat gratior. Ego me omnium beatissimum judico, quod tuâ præsentia meis pro diuturnis votis me Christus frui atque beare dignatus est. Post pauca nos ad prandium deducit, atque convivio ad Canones SS. Conc. Trid. instructo ubi nos recreasset suam ad musæum jubet subsequi. Quod ingressos rogat, an libros plurimos, quos in Pluteo accumulati jusserat, agnoscam: Ego ne? inquam: quos nunquam vidi? Imò tui sunt omnes refert ille. Sed unde mei, precor; inquam ego, quos nunquam vidi? Imò tui sunt omnes, respondet, tua manu conscripti. Quod ut audio, sensi eleganter illum ludere. Itaque obsecrat si quos in Italiam perfero alios meos, ut exemplaria communicarem: aut si non essent ad manum, catalogum saltem traderem, ut aut editos in lucem conquireret, aut propediem edendos avidiori expectaret voto: Cujus cum ex parte compotem fecissem, post tridui humanissimum hospitium, mira omnium benevolentia non minus, quam egregia pietate ornatissimum, ut non dicam sanctimonia verè apost. (ne quid auribus ejus hic dare videar) condecoratum ad montem pergebamus

Appenninum. Quo fœliciter emenso, tandem Romam ubi venissemus, aucto nostro in urbem adventu, Ill. D. Car. Hofius, ut & alii Card. aliquot eximia eruditione non minus, quam pietate singulari præstantissimi, suos gratulandi causa misit: qui ad quotidianum colloquium & prandium honorificè misso vehiculo, quod Gotzam Italorum vulgus vocat, invitavit. Postridie idem suos in diversorium vino honorario benè onustos destinavit: qui ampullosas 14. generum apportabant lagenas. Quibus idem postea & honoribus affecerit: & suavissimis recreaverit colloquiis & rerum suarum narrationibus: (quorum me nunquam capiet oblivio, donec illi iungar Cœlo) denique discessurum quibus ornarit munusculis, amicitia non simulata, amorisque in nos præcipui testibus, longum esset commemorare. Multa hic essent & de aliorum virtute atque humanitate in nos singulari præstantissimorum virorum, simul & dignitate non minus, quam varia eruditione illustrissimorum in nos humanitate dicenda si epistolæ caperet angustia, aut fineret breuitas: Sed iis aptiorem in locum repositis. Nunc ad S. D. N. Romani Episcopi & Patriarchæ universalis D. Gregorii XIII. beneficia indigno exhibita est trahendum. Quod priusquam aggrediar, silentio mihi non est prætereundum, quanta me cum insigni benevolentia, tum fraterna prorsus charitate est complexus, ille nostri sæculi unicus Phœnix, litteratura græca non minus quam latina, Illustriss. D. Cardin. Wilhelmus Syrlæus. Is me antè non visum hospitem, primo congressu quantoperè honoravit; quibus amplexibus exceperit; quibus colloquiis refocillavit, dies ad dicendum nos sufficeret. Itaque de Religionis

Roma.

Rever. D.  
Cardin.  
Syrlæus.

Catholicæ per Germaniam calamitoso statu, de studiis sacris & veterum Patrum, potiss. Græcorum castigatione, atque ad suos fontes recognitione multa colloquuti, veniam discessus impetravimus; quanquam ægrè à mutuo conspectu uterque ab altero divelleremur. Verum me ad domicilium, quod juxta Vaticanam in aliquot menses conduxeram ( ut Bibliothecæ Pontificis illi rarissimæ juxta ac præstantissimæ, cujus ille copiam mihi fieri quodocunque liberet, accedere jussit, essem vicinior ) digressum suos per Ministros variis prosequitur donis & honorariis magnificis : capones plurimos, pullos indianos, ut ejus generis esculenta plurima submittens; non semel sed hebdomadatim ferè singulis sabbatis nos novis cumulans suis congiariis & frenis non parvi pretii, adeò ut me profusus mei puderet tam multis, & iis magnis onerari à tali viro. Hæc autem nullius momenti sanè videantur, si illa expromam, quæ de opulentissimo doctissimi sui candidissimique pectoris thesauro effundebat, quoties inter nos sermo texebatur. Quando erat opportunum, me accedentem semper obvius excipiebat humanissimè, ac interpellatoribus reliquis ( quorum assidue stipabatur confluxu ) dimissis, sella juxta posita, ita oblata à me differendi materia nunc hac nunc illa, potissimum Theologica & SS. litterarum germana, dixit facundè non minus, quam eruditissimè, ut ad ejus verba haud aliter ac ad eujusdam nectarei Nestoris, hianti tantum non ore penderem. Tanta sanè rerum gravillarum copia, & abstracta rerum antiquarum explicatione, animum meum perfundebat, ut nunquam ab ejus colloquio, nisi doctior, immò ejus amore inflammator dis-

cesserim; uti ex iis liqueat, quæ domum reversus causa fugacis mihi nimium memoriæ adnotavi ne perirent; quæ ad quæst. Theol. potissimum rerum divinarum illustrationem, & veteris versionis contra Erasmus & audaculos novatores de suis antiquissimis Græcis codicibus patrocinium facere putavi. Deinde catalogos scriptorum Græcorum sua in Bibliotheca ditissima repletorum, cum exponeret quanta me bone Deus! inflammavit videndi cupiditate. Nec illos ostendisse contentus, me promissis D. Greg. Thaumaturgi postulatis scriptis, potiss. Encomio sui Catechistæ Origenis beavit, adiiciens auctuarii loco sese mihi ejusdem *scripti vñ inavvabioru* additurum. Quod ipsum & valedicenti cum osculo suavissimo polliceri dignabatur.

Venio nunc ad Sanct. D. N. Rom. Pontificis penetralia. Anteriorem enim palatii partem illust. D. Syrletus tenebat; qua illuc erat accessus. Ubi prima postulatione audientiam impetrassem, magna Sanctiss. D. N. excipiebar benevolentia. Audita enim mei in urbem aduentus causa, quod in Hispaniam ad Regem Philippum esset transeundum, miratus mihi in curiâ Rom. nihil esse causæ, de quo pereunctabatur, ut mea suis commendaret negotia citius expedienda, ego tibi ( inquit ) viaticum dabo. quod non solum fecit admodum liberaliter, sed in singulos etiam menses donum misit, undè viverem : Nunc qua oratione eximiam Gregorii XIII. erga me prosequar benevolentiam, qua secundo accessu, non solum jussit collocata mihi suam ad dexteram sellula affidere : sed sermonem suavissimè texere ad duas ferè horas non est dedignatus? Quali autem erga me amore

S. D. N.  
 Gregorius XIII.

afficiebatur, unum illud hic commemorasse suffecerit. Quum festo Sancti Stephani ad Sacellum de more venissem, atque inter D. D. Episcopos Reverendissimos consecrationis ordinem tenens in Sacello assedissem, paucula Sanctiss. D. N. de me honorificè admodum cum Illustriss. Cardinali Antonio Caraffa Diaconi officio fungente mei studiosissimo (eximiam enim domi suæ dudum ostenderat invitato benevolentiam communicata studiorum suorum Theol. ratione) colloquutus, suum ad me destinat magistrum, quem Ceremoniarum dicunt, monet is ut subsequar, Sanct. D. N. mandare ut ad se veniam. Ego rerum Sacelli Pontificii ignarus, cum recusarem per Rever. antecessores transire; precor, inquam, ut post sacrificium res differatur. urget ille sequendum esse. Itaque verecundia non mediocri perfusus assurgo; viam ad pedes Reverend. Episcoporum longa ferie assidentium ingredior, nunc hic nunc ille salutatur, applaudit, gratulatur novos honores. Cum seriem Episcoporum longo illo ordine assidentium semipudibundo vultu essem emensus; prætereundi erant & Illust. D. D. Oratores Regum, Ducum & Principum Christianorum: quorum illic de more locus est ad lævam juxta summum altare. Inde in alteram altaris partem progressus, ille viæ dux, salutato Sanctiss. D. N. qui ad dexteram altaris medius inter Cardinales ad dexteram, & Patriarchas atque Episcopos, quos honoris simul & consilii Ecclesiastici causa vocant Assistentes, ad sinistram altaris versus collocatos sedebat, me locum capere jubet inter hos, haud longè ab altari. Ubi pari gratulatione mox exceptus, intelligere cæpi quidnam locus ille haberet honoris eximii:

& qui nisi cariss. lectiss. ac benè de Ecclesiâ meritis in Christo fratribus à sanctiss. D. N. solet deferri. Quamquam in his quæ festinando perstringimus non mediocrem in me Sanct. D. N. demonstravit paternæ pietatis affectum, tamen paulò post multò ampliorem eundem disertis verbis mihi in colloquio declaravit. Cum enim Sanctitati ejus de honore mihi in publico quasi orbis Christiani Theatro celebritate tanta exhibito agerem gratias, ea respondit; quæ manent alta mente reposita. Eodem faciunt quæ penultimo cum Sanctitate ipsius colloquio expertus sum singularis in me benevolentia indicia. Multa enim percunctatu, multa demiratus ad dextram assidere jubens, quum singulari patientia & benignitate nos dicentes perquam diu audiret, de Canonice instaurandæ per afflictissimam nostram Germaniam religionis remediis; de Prytaneo doctiss. viris, Theologiæ inprimis ac linguarum peritis undique evocandis ad fidei nostræ Apostolicæ contra hæreses indies invalescentes tuendæ erigendo: in quorum cætu forent, qui Patres Græcos ab hæreticis interpretibus passim de industria depravatos repurgarent atque suis ex fontibus integros posteris restituerent: ne tantam hæreditatem omnium nobilissimam transmittamus miseræ posteritati adulteratam & errorum fermento depravatam. De celebrandis & exequendis ad formam Trident. per Italianam Concilii Provinc. De corrigendis Clericorum potissimum Rom. Curia juxta Concilium Tridentinum vita, Dei cultu, & moribus. Hæc cum perstringeremus, nobis prolixè mira benevolentia & prudenter admodum respondit, atque modesta replica urgentes sapienter & clementer placavit.

Ea libello comprehensa ubi è vestigio tradidissim, læto admodum excepto vultu. Quæ Reverend. D. Hofio ubi narrarem, obstupefactus bonus senex, quinam tu hæc Arridens inquit, ausis Sanctiss. D. N. dicere? Plus unâ abs te uno audivit horâ, quam toto sui Episcopatus tempore. Cui tum reddidi, Ego in Romana Curia, inquam, nihil mihi ambio; nihil meis quæro; Christo uni servio. Dixi Sanctitati suæ quod in Dei judicio dicendum meo pro Episcopali officio putavi, & ne quid meo deesset voto, ea scripto complexus pro hujus novi anni strena Sanctitati Suæ tradidi.

His rebus quantoperè, favente Christo, nihil offenderim, sed majorem promeruerim Sanctit. suæ benevolentiam, res ipsa subsequuta demonstravit. Istud enim singularem Sanctiss. D. N. erga exulem in Hispanias properantem habuit humanitatem, quod me tibi, Reverend. Domine in Portugalliam abituro Legato, voluit non modò itineris comitem; sed speciali etiam mandato jusfit esse ad omnia & commoda, & auxilia commendatum: quod quanta fide præstiteris, postea dicetur amplius. Neque hoc Sanct. ejus fuit factus. Sed litteras etiam suo nuntio Apostolico Reverendiss. D. Philippo Segæ Episcopo Placentino præmisit, ut me suo exciperet hospitio, aleret; ad Regem Philippum ipsemet deduceret, negotia omnia mea haud secus, atque ipsius Sanct. Catholicæ Majestati commendaret. Quod quam eximia cum benevolentia sit ille persequutus alias dicetur diffusius. Ubi valedixissimus, & gratias immensas Sanctitati suæ verbis paucis egissimus, accepta benedictione Apostolica unâ cum aliquot Belgicis exulibus, Decanis, Canonicis, Pastoribus, & studiosis:

quos ut gratias agerent introduxeram de paterna Sanctit. suæ in ipsos pietate nos postridiano accinximus itineri. Nam ad meam commendationem Coronatos plurimos ipsis mea manu distribuendos jussit, quos justitia geometrica dispensatos catalogus suæ Sanct. quem inspicere noluit, ostensus continebat. Iter itaque Genuam versus sumus ingressi nos generosis D. D. ex Baronibus de Crumberghen, & aliis aliquot deducen- tibus. Quò cum ventum esset apparanda fuit Tryremis nos in Hispaniam trajectura. Quod quia dierum aliquot spacium postularet, putavi non ociosè mihi illos Genuæ transfigendos Proinde ubi meum videndi & salutandi Illust. D. Card. Carolum Borromæum tantis apud omnes virtutum verè Apostolicarum laudibus celebrati desiderium Rev. V. D. cognovisset, adè non obstitit, ut quosdam suæ familiæ ministros suis impensis adiunxerit itineris comites: qui nos Mediolanum deducerent. Ubi illuc venissemus, mox Illust. D. Card. magno suæ familiæ Ecclesiasticæ (nam omnes ut sunt Clerici, ita & Clerico utuntur habitu) comitatu misit tædis multis instructis R. D. Vicarium: qui ad Archiepiscopale invitaret hospitium. Quo postridie cum venissemus, in templo (eò enim sacrificandi causa præcesserat ante lucem) paucis post mutuam salutationem colloquuti; & processione solemni (erat enim festum Purificationis) pietate verè Christiana, & incredibili ejus populi ergà suum Pastorem reverentiâ celebratâ, deinde concione sub summo sacro, ut & à prandio tempore vespèrarum more D. Ambrosii, hoc est Græcanico peractarum ab ipso habita, liberius mutuo fruebamur aspectu. Deindè post cœnam fufius magnis de

rebus collocuti, ad preces privatas subnocturnas unà cum tota familia (uti & apud Reverendissimum Episcopum D. Palæotum Bononiæ factum) de more habendas accessimus. Quibus peractis faustam quietem mutuo comprecati, cubicula designata ingressi nos sopori dedimus. Postridiè sacrificio per utrumque Deo opt. in Basilica Divi Ambrosii oblato, ad loca Divi Augustini conversione, studiis, & Baptismo celebriora, ut & ad collegia Seminariorum & Societatis Jesu, quæ instituit copiosissima, & eruditis adolescentibus ad 70. & amplius numerosa, ipse nos deduxit comitatu domestico, atque domum benè compluti (nam pluvia diei totius, perpetua pium virum à me huc illuc, ubi SS. Martyrum potiss. quiescebant sacrosancta corpora, deducendo, & honorando avellere non potuerat) sera redimus vespera. Illud ante Cænam oportet exponam quod domum reductus, etsi madidus ac subfrigidus meas tamen malui lætus recolare pietatis opes; quas per SS. Martyrum templa beneficio Illustrissimi Archiepiscopi collegeram. In Basilica Ambrosiana cum spectarem stupendam illam auream tabulam altari præfixam, Gothicisque litteris admirandam, ex Divi Ambrosii casula nonnihil impartiebatur. Verum ubi ad Ecclesiam ni fallor, Faustinianam, venissemus, quæ collapsa instaurebatur, in sacrarium adduxit, ostensisque variis Sanctorum Martyrum sacris reliquiis, thecam tandem unam nominatim jusit promi plumbeam; quæ sacros D. Nazarii Apostolorum Discipuli tenebat cineres. Quos cum me singulari attentione perscrutari videret, jusit aliquid mihi decerpere sacro ex corpore. Hic ego religione consternatus vix sacra ossa

peccator contingere ausus tenuem delibavi supernis digitulis pulverem semel ac iterum. Erat obviam dens eximius opinor molaris. Quem postea millies pœnituit non assumpsisse: potissimum cum me Canonici circumstantes rogarent cur illum non accepissem. Verùm ego, ne improbus, impudens & audax exteris viderer, malui infra mediocritatem peccare, quàm supra. Obstabat pia verecundia, ne sine fronte cuiquam haberer. Illis ergo, etsi SS. Reliquiarum minutiis, sed animo meo longè omnium gratisimis domum reversus ut fuerim gavissus, haud facillè quis crediderit.

D. Paulinus Nolanus sibi gratulabatur à D. Ambrosio hujus D. Nazarii partem olim donatam: sed integra theca mihi oblata. Ejus autem profuerit verba ex Natali novo. D. Fœlicis Nolani repetere: ubi describens, quibus SS. Christi Martyrum, & Confessorum reliquiis Nolana S. Fœlicis fuerit Ecclesia ornata ita canit.

*Hic ut Nazarius martyr, quem munere fido,  
Nobilis Ambrosii, substrata mente recepi.  
Culmina Fœlicis dignatur et ipse Cohospes  
Fraternasque domos ornatis sedibus addit.*

Eximio hoc munere Nobilis Ambrosii (quod Paulinus fidum vocat ob fidei erga se D. Ambrosii testificationem) eximie fuisse D. Paulinum lætatum, nulli queat esse dubium. Ego verò meam illic natam lætitiã, simul & divinæ protectionis erga me ex D. Martyris custodia & intercessione fiduciam quibusnam efferam verbis? Equidem Cresi opi-

Vide  
tom. 7.  
Surii in  
SS. Syro  
& juven.



bus illas ut ut minutas, & pondere tenues ac mensura exiguas non post habuero.

Post hæc puer missus qui accum-  
bendi tempus denunciat. Tunc cæna  
in communi refectorio (nam hoc no-  
men monasticum pius vir non magis  
respuit, nedum abhorret, quàm vi-  
tam ipsam, mensamque suis cum fa-  
miliaribus communem) instructa,  
accubuimus. Fuit honesta frugalitate  
non minus condita, quàm tota ejus  
domus, nullis aulæis, tapetis aut  
storeis: sed candidis muris & libris  
aliquot vitas Sanctorum continen-  
tibus exornata. Collatis postridiè ser-  
monibus nos religiosis aliquot SS.  
Martyrum reliquiis amuleti loco  
munitos, & libris officium Ambro-  
sianum habentibus ornatos honesto  
Canonicorum suorum aliquot comi-  
tatu instructos Genuam versus di-  
misit. quò cum rediissemus, unà te-  
cum Reverendiss. D. iter Hispanicum  
ingressi, nescio qua orationis formula  
eximium tuum in me describam sin-  
gularis amoris studium. Hoc verò  
tantum fuit & tam eximium, ut si  
vel summa ejus attingam capita, in  
magnum excrescant volumen. Eis  
ergo silentio præteritis: ac Deo, ut  
justam tibi rependat in cælo mercedem,  
qui ne aquæ frigidæ haustum  
quidem patietur suis piis non remun-  
neratum, commendatis; illud hic  
tantum dicam, quod me ita tenerè  
diligebas, ut si quando esset ob pira-  
tarum periculum in navigio pernoc-  
tandum, me tibi non sinè magno tui  
corporis incommodo volueris assidere,  
immò & lateri hære. Quod non  
levi cum verecundia fuit faciendum.  
Nunc illud triduum quibus exequar  
verbis, quod ad ostia Rodani sæviente  
ventorum tempestate, fuit vilissimis  
in casis, & piscatorum tuguriolis ut

Genua

alga male fartis, tectis, ita ostio;  
fenestris, tecto, destitutis agendum?  
Quanta nos tuis ad solatium subinde  
& vinum, & pisces (erat enim sanctæ  
Quadragesimæ tempus) & aromata  
deferentibus, tunc es prosequutus  
benevolentia? Hæc autem & Nissæ,  
& Massiliæ, atque toto deinceps na-  
vigationis, & per arida opulentissimæ  
Hispaniæ mediterranea, itineris tem-  
pore magis ac magis sese vincere stude-  
bat; cum toties, urente aut sole, aut  
matutino frigore asperrimo mulam me-  
ritoriam commodissimo, invitares ut  
commutarem Rev. D. V. vehiculo.  
Colloquiorum etiam SS. inter nos  
haud rarò amanter admodum habiton-  
rum non possum citra ingentem animi  
hujus voluptatem non meminisse; quo-  
rum suavissima recordatione etiamnum  
oblectatus, subinde Christum Domi-  
num interpello, ut talem pectoris verè  
Christiani animum in universis suis  
Ecclesiæ Primatibus, nobilioribusque  
columnis excitare dignetur. Quod si  
impetrare essemus digni aliam læti  
propediem videremus Ecclesiæ nunc  
sqallidæ atque passim luridæ faciem.

Massilia.

Catastrophæ hujus rei aggredere,  
nisi & humanitatis per Hispaniam  
mihi passim exhibitæ foret memoria  
recensenda, quò illius cum tua fiat  
collatio aptior simul & expressior.  
Quam nos unà tecum hilari vultu  
missoque obviam vehiculo cum mi-  
nistris, & magnificè Dominus Re-  
verendiss. Segha Nuntius Apostolicus  
Madridi exceperit, domique suæ jussu  
San. D. N. ad tempus aluerit, nuper  
indicabamus. Apud quem cum age-  
remus, Rex pro sua eximia in nos  
clementia literis dicti D. Nuntii Apof-  
tolici, & aliorum de nostro adventu  
monitus, nobis diem audientis ap-  
tissimum dixit. Tum Illust. D. Nun-  
cius Segha ad Palatium suo deduxit

vehiculo, & ad Regem juxta Sanctiss. D. N. mandatum introduxit. Rex nos mira excipiens humanitate, atque admodum benignè audiens, se causas tribus verbis gallicè expositas, & libellis aliquot oblatas cognosciturum, atque suo tempore nobis respondurum blandus dixit. Interea suis mandat litteris, summa erga nos benevolentia plenis, ut me hospitio exciperent Regio ad S. Philippi, quod Reverendiss. Cardinalis Nolter Romanam petens desererebat, ibique nos cum familiaribus honorificè curent. Scribebat enim sua manu, *Muy justo es, que Opiso Lindano sera regalado: Justissimum est ut Episcopus Lindanus regulariter aut magnificè tractetur. Quod & exemplo factum fuit. Cubiculis enim omni suppellectile mihi nova instructis, nova omnia curabantur & mantilia, & mappæ Hollandicæ tela elaboratæ. Atque ad mensam omnia; quæ cupiebamus. Similiter vestiariam misit, qui omnia pararet nova. Plura isti & pretiosiora offerebant, quam ego aut admittebam. Nunc qua me discessurum dimiserit benevolentia, & divite promissorum spe oppletum, diu mecum latina lingua, expeditius ac promptius, & mea & plurimorum opinione usus, hic non est dicendi locus. Dum caniculares Madriti ago dies, à variis doctissimis viris non rarò interpellatus, oblati & præstiti sanè omnis humanitatis atque auxilii officiis, dulcissimè fruebamur. Inter hos primas facilè tenet D. D. Cosma Paulinus Fontes S. Theologiæ D. & doctissimus Græcarum litterarum interpret Regius, qui Bibliothecæ illi Photianæ convertendæ insudabat. D. D. Laurentius à Villa-vincentio Regius concionator, insigni nobis fuit in rebus variis auxilio, mira dexteritate in-*

tricata quæque extricare doctus D. D. Pinellus Ordinis Divi Augustini, Commissarius mira in nos humanitate omnes vincens, librorumque copia nos benignissimè intruens. Multa etiam cum doctissimo viro S. D. D. Villapando professore Compluten. Suavissimè colloquuti qui salutandi atque de variis Ecclesiasticis rebus conferendi causa subinde nos conveniebat. Advenit & vir eruditissimus Leo Castri suos nobis offerens Commentarios V. quos pro veteri Ecclesiastica versione contra novos istos Judaizantis scholæ Bibliorum verfores, verius perversos dixeris, conscripserat. Et commentarios in divinos Prophetas simili scopo admodum elaboratos exhibuit Egeram per litteras cum Reverendissimo Domino Antonio Augustino Ecclesiæ Tarraconensi Archiepiscopo, ut tomos Græcorum Conciliorum, quos ipsum tres habere ex Venerabili patre Laurentio Surio dudum exulans Colonia cognoveram, in lucem ederet. Vir humanissimè meis respondet litteris, quod omnem omnium, quos peregrè fumus, te uno excepto, experti, superabat humanitatem.

Sed ejus verba ex litteris postridiè Idus Augusti ad me datis referre est operæ pretium. "Si te diu, inquit, cogant hæretici exulare, hic poteris mecum in studiis nostris conquirere. Erunt enim tibi omnia membra cum communia, ut esse debent verè amicorum in Christo, qui te tuaque perpetuò conservet.", Verùm ego dispersi dudum mei gregis pasceendi ardens desiderio, illac non potui præ festinatione ad meos in Belgicam iter facere. Ante reditum cupido incesserat Toletanæ visendæ Ecclesiæ, potissimum propter diu nobis expectatum divinam illum cultum, qui à

D. D.  
Leo Castri.

Anton.  
Aug. Tarraconen.  
Archiepiscopus.

Divo Isidoro Hispalensi institutus, nunc vocatur Moxarabum, quasi dicas, de Christianorum Arabibus mixtorum: qui tunc persecutione Saracenicâ Hispaniam occupant. Eò me honorificè Reverendissimus Dominus Archiepiscopus Cardinalis Toletanus Madrito destinavit suis ad Vicarium Toletanum datis litteris, ut ea omnia curaret demonstranda quæ spectatu forent digna. Itaque palatio Archiepiscopi à Reverendo Domino N. nostri amantissimo humaniter admodum biduo excepti; spectato illo ditissimo, verèque incomparabili Ecclesiæ Toletanæ sacrario, gemmis, auro, cælatura & artificio singulari vasisque sacris inæstimabilis pretii, & sculpturæ admirabilis excellentissimo. Indè ad nostros parabamus reditum. Sed unum illud silentio non licet præterire. Inter varios homines Ecclesiæ Toletanæ doctissimos, nos omni honore & comitatu nunc ad instructissimam bonis adeoque antiquis codicibus Bibliothecam, nunc ad arcem Regiam, & fontem illum canalibus mola fluviali sublime adè scandentibus admirabilem deducentes, accurrit & doctissimus alius vir qui opera D. Isidori omnia jussu Regis Philippi undique conquista tunc parabat prælo: Vitas etiam omnium Toletanæ Ecclesiæ Archiepiscoporum describebat donans exemplar vitæ Illustrissimi Domini Cardinalis Ximenii suis virtutibus meritò apud omnes ubique orbis nationes immortalis. De his & aliis in multam usque noctem suavissimè colloquuti magno animi dolore avellebamur. Ille ut suum in me & ignotum & hospitem testaretur amorem, codicem Sanctorum Bibliorum pergamenum pervertutum dono mihi obtulit; quo me

plus beavit, quàm si aureos donasset plurimos suo Tago natos. Domum reversus numismata etiam dono misit aurea non exigui pretii, alterum erat Ottonis Imperatoris, alterum illius Ricanedi, Gothorum Regis: qui ejurato Arianismo, postquam annos serè trecentos Hispaniam devorasset, cum suis Suevis, Alanis, & Gothis, Catholicam in Concilio Toletano pius suscepit Religionem. Undè in hunc usque diem Rex Hispaniæ Philippus Catholicus habet Elogium, cui ut diu foelix una cum dulcissima sobole respondeat, largiatur pater misericordiarum Deus Optimus.

Toleto digressus me itineri accinxi Belgico: quo faciliter per varia, eaque certissima Gallicanorum prædonum pericula equis veredariis perduxit Christus: cui laus & gloria sempiterna. Ubi ad meum dispersum juxta ac miserrimum Christi Domini gregem reversus modo mecum reputo singularem Dei mei erga me inutilem vilemque servulum providentiam, & curam profus paternam, non possum non tibi Reverendissime Domine Frumentè gratias agere immortales. &c. &c.

Ruræmundæ 8 Februarii 1580.

---

Sequuntur sex epistolæ Wilhelmi Lindani Cardinali Baronio, & una Card. Baronii Wilh. Lindano, extractæ ex opere: *Ven. Cæs. Baronii S. R. E. Card. Bibliothecarii epistolæ et opuscula.*

CÆSARI BARONIO (1)  
WILHELMUS LINDANUS.

*Certiozem Baronium de reditu in suam  
diœcesim facit, et quo loco Religionis  
res ibi offenderit.*

Inferatur  
ad an-  
num  
1585.

Hesterno vespere, mi D. Cæsar  
charissime, nostram ad diœcesim salvi  
pervenimus. Christo Domino gratia  
immortalis, qui tot per pericula in-  
columnes custodivit, domumque re-  
duxit.

Gregis nostri calamitas major est,  
proh dolor! quam ut possit paucis  
verbis depingi; in quem quotidianas,  
& prædas, & incursationes infestissimas  
agunt Dei, ac gregis hostes. Unde fit,  
ut Pastores nostri admodum pauci  
suis modo adsint ovibus, quod qui-  
dam eorum aut capti sunt, aut pro-  
fligati; alii crudelissimas eorum es-  
fugere manus, alii in eos illapsi, aut  
abducti, male fuere mulctati. Unus  
omnium.... ceteros præcis mani-  
bus jugulatus apud Juliacenses in  
Silva, quod adversarii suæ in Clericos  
tyrannidis pudibundi asserunt, a Ma-  
gis patratum; qui suis diabolicis in  
mysteriis tales solent adhibere in-  
fandas reliquias; ut & alias est a  
nobis deprehensum: sicuti & non  
desuere, qui Sacerdotum corda cir-  
cumgestabant, ut artibus sathanicis  
fierent invisibiles. Sed his malis mo-  
dum nunc a Deo tandem propitio  
sperare licebit, quod Castra in has

transire incipiunt provincias ad rap-  
fodicas Anglorum, & Scotorum col-  
luvies disjiciendas, & inermes furum  
manipulos in crucem agendos.

Hinc recta Neomagum tendimus  
medios per hostes, Regis præsidio  
freti, sed Christo Domino tuti, quem  
nobis tuis, tuorumque omnium præ-  
cibus, gratisque sacrificiis pergite red-  
dere propitium.

Obsequia nostra in Christo Jesu  
semper paratissima offeres Illustrissimis  
Dominis Cardinalibus S. Severinæ,  
Carassæ, Senonensi, Veronensi, at-  
que Mondivio, Venerabili P. Phi-  
lippo, totique vestro Collegio, sicuti,  
& Reverendo viro..... Ecc. Floren-  
tinorum Præfecto cum Domino Doc-  
tore Hiberno, & fociis salutem cupio  
in Christo plurimam, rogans, ut nos,  
nostrosque afflictissimos suis apud  
Deum commendent precibus, mys-  
teriisque incruentis.

De Romanæ visitationis successu,  
& negotii apud Illustrissimum D.  
Mondivium, aliisque nobis, ut nosti,  
desideratis, nos brevi, quæso, facias  
certiores.

D. Vossio tuas ad nos trade litteras.  
Doctiss. VV. DD. Nobilio, D. Ful-  
vio Ursino, DD. Petro Morino, &  
P. Gelasino cum D. Cano. Franco  
plurimam in Domino Jesu salutem  
cupio. Vale nobis, & ornandæ Ca-  
tholicæ Christi Ecclesiæ diu inco-  
lumis.

Trajecti ad Mosam 7. Novembris  
1585.

P. S. Quam fit tristis hujus Ec-

(1) Lindano Baronius, ut amicitia, quæ inter utrumque intercedebat, ipsaque  
adeo veritas postulabat, plenum testimonium reddidit in Annal. Eccl. ad an.  
440., num. 7.

elefiæ facies, vel inde solum liqueat, quod Aquas Grani, Antverpia, & ex vicinia commigrarunt familiæ supra mille ducentæ: in qua Urbe ita terret miscellanea illa Sathanæ Synagoga, ut vir quidam nobilis mihi narrarit fuisse una nocte in sua platea, in qua diversabatur, habitas scholas Calvinistarum V., Martinistarum duas, Anabaptistarum duas. Quid toto igitur oppido? Nisi per Imperatorem occurratur tempeste, novam in Belgio videbimus Genevam.

Itaque non habent Calvinistæ Ecclesiam Aquis Grani, quam ab Imperatore postulabant, sed plurima conventicula, quæ quorsum erumpent aliquando, viderint qui Ecclesiæ gubernacula suæ fidei habent credita.

De visitatoribus per Germaniam mittendis, qui non sua, sed quæ Christi sunt, quærant, longus foret fermo; de quo alias ad alios. Hæc parerga boni consule, quæ incitandi zeli tui causa subtextenda putabam, ut & alios isthic extimules, & ardentiores pro afflictissima nostra Germania preces fundere ne graveris. Iterum vale.

*Est epist. III. inter selectas tom. 3. fol. 139.*

WILHELMO LINDANO

EPISCOPO RUREMUNDENSI (1)

CÆSAR BARONIUS.

*Primum de iis quæ in ejus reditu acciderunt eidem condolet, deinde suas in Romanum Martyrologium notationes multos expertas adversarios, ope Cardinalis Carafæ typis imprimi subdit.*

Optatas semper, expectatasque diu pietatis tuæ tandem accepi litteras, quum interim pro virili meum non defuerit officium, apud Deum agendo precibus, quo felix ad tuam Ecclesiam reditus pararetur. Legi eas sanguine martyris exaratas, & tuis lacrymis consignatas: ejusmodi enim mihi visæ sunt illæ, in quibus catholici hominis mors acerbissima ei ab hæreticis illata narrantur, & rerum patriæ status luctuosus describitur.

*Inseratur ad annum 1586.*

(1) Epistolam hanc, in qua nulla habetur temporis nota, & cujus autographum extat in Bibl. Vallicellana; anno saltem 1586. scriptam fuisse, quo tempore Romanum Martyrologium cum ejusdem Baronii adnotationibus primum ex Typographia Vaticana prodiit, ex eo colligimus, quod in ea Baronius Lindano significet, illud opus esse sub prælo. Porro huic Lindano Sixtus V. Pont. Max. mandaverat, ut eisdem in Romanum Martyrologium Cæsaris Commentarios, antequam imprimerentur, videret. Quare idem Lindanus hanc eidem Martyrologii editioni ad Christianum lectorem Epistolam, præfigendam curavit. "Commentarii venerabilis Christi Sacerdotis D. Cæsarii Sorani in Martyrolog. Romanum a nobis locis omnibus ex jussione SS. Domini nostri Sixti Papæ V. recogniti, nobis quidem nihil objecerunt, quod justam censuram mereri æquis lectoribus videatur, quod ad orthodoxam quidem fidem doctrinamque Catholicam pertinet."

Vifus sum mihi videre pastorem illum Ezechielis in medio ovium suarum dissipatarum, quæ sunt dispersæ in die nubis, & caliginis. Quid ad hæc ego? Suspiria suspiriis reddidi, gemitus addidi, utinam semper, ut tu lacrymas, & semel, ut tu ipse, sanguinem rependere potuisses! Væ misero mihi! Qui hisce atrocissimi belli temporibus hæc iners, & ociosus ago,

factus mihi ipse ipsi gravis, & dum alii clarissimo illo ad Indos Apostolatu nobilitantur, alique gloriosissimi milites in castris Ecclesiæ tot, tamque illustribus Martyrii coronis donantur, ego peccator, pondere prægravatus servi illius, qui neque fodere valet, & mendicare erubescit, cōcors, & imitator invenior; utinam saltem sicut ille inveniar & ego,

„ Si quæ paradoxa quibusdam forte videbuntur, illa equidem eo esse loco  
 „ habenda arbitror, ut avidius expetantur, & cum solida firmaque veritate  
 „ consistant, libentius accipiantur: quod in iis insunt, ut & in aliis hujus auctoris  
 „ lucubrationibus erudita inprimis, præclara, & incredibili Christianæ antiquitatis  
 „ studio in lumen eruta; quæ admirandam scriptoris arguunt in Ecclesiasticis  
 „ historiis, aut corrigendis, aut conciliandis, aut de caligine morsuque blattarum  
 „ eruendis industriam, sicuti & rarum ejusdem, idque argutum, variis de historiis  
 „ æquo minus exactis, aut fide dignis judicium, & laboratissimum antiquitatis  
 „ Ecclesiasticæ inter tot salebrosa, & spinosa veluti dumenta investigandæ studium.  
 „ Ad cognoscendam enim venerandam illam religionis Christianæ non modo  
 „ antiquitatem, sed Sanctorum etiam Patrum, & Synodorum, actarumque in  
 „ Christi Ecclesia ab usque sui exordio rerum veritatem, certam annorum seriem,  
 „ liquidamque temporum intricatissimorum supputationem faciant eximie potif-  
 „ simum iis, qui serio historiæ Ecclesiasticæ, eæ vero cognoscendæ studio tenentur;  
 „ vanas, apocryphas, & aniles, ne dicam superstitiosas execrati fabellas: quæ  
 „ longum post somnum scriptis, imo doctis alioqui scriptoribus sensim irrepentes  
 „ Ecclesiasticis, non leviter sacras contaminaverunt SS. Martyrum historias.  
 „ Denique, ut finem faciam, incomparabile sibi adferant momentum ad solidam  
 „ rerum in Ecclesia dubiarum in posterum constituendarum confirmationem  
 „ adversus vertiginosa, ne dicam semidelira quorundam hujus sæculi ardellionum,  
 „ levissimorumque novatorum, (quorum hodie, proh dolor! magna est natio)  
 „ ingenia, quæ sursum deorsum omnia volventes, illas jam pridem a SS. nostræ  
 „ Religionis Catholicæ Patribus definitas, conantur in dubium revocare.  
 „ Manifestissime enim in his agnoscas Romani Pontificis in Apostolica S. Petri  
 „ Christi Jesu Vicarii pastoris cathedra successionem, quod nunc tempestatis  
 „ contra unam Dei supra Petrum fundatam Ecclesiam infestissima, tot inter fidei  
 „ undique oppugnatissimæ controversias, caput est: quo uno evicto & constabito,  
 „ facefiat, concidat facile, imo suos in fumos vanissimos evanescat oportet omnis  
 „ infestissimorum Christi hostium, & cœlestem illam Sion odientium, inanis  
 „ molitio, vereque Theomachica conjuratio, & futilissima exagitatio, ut ad  
 „ illustrem solis splendorem nebulosa diffluit caligo Vale Christiane Lector, &  
 „ his Commentariis felix fructu, brevi Annalibus Ecclesiasticis ejusdem scriptoris  
 „ majori studiorum tuorum emolumento, & fructu incomparabili perfruiturus.  
 „ Romæ 14 Kal. Septembris 1580. „ Hucusque Lindanus. Ejus autem mentio  
 „ habetur apud Possevinum in Apparatu sacro tom. I. pag. 614 ubi eum *virum*  
 „ *doctum, et hæresum expugnatorem* nominat; ejusdemque operum catalogum recenset.

ac sciam quid faciam. Commendatur industria viri, qui fecisset sibi amicos de Mammona iniquitatis : conabor & ego, si quomodo assequar, ut faciens mihi amicos de communione charitatis, particeps fiam timentium Dominum, sicque fiet, ut licet ob ignaviam illis non collaborem, fiendo tamen cum flentibus, ac gaudento cum gaudentibus, quoquomodo taliter conversantium socius efficiar. Lugebo & ego tecum interfectos Israel. Lamentabor quanta malignatus est inimicus in sancta. Latus sane undique patet miseriarum campus, & acerbissimarum rerum congeries, quæ a durissimo quoque, & ab invito licet, possint lacrymas extorquere, perfacileque videatur ut mœrentis, ac tecum flentis partes impleam; siquidem licet absens, sæpè mihi videre videor, quod & Romæ quum esses præsens aspexi, quum tibi essem a secretis, & absque arbitro me admitteres in cubiculum, sacras genas tuas, & Angelis venerandam canitiem lacrymarum imbre perfusas, sanctos oculos in Cælum sublimes a Deo auxilium (quod vana esset salus hominis) exposcentes, membra hebetata jejuniis, & attrita ciliciis. Hæcque mecum reputo : si sic absens affici consuevit; quid modo faciet quum præsens tot, tantasque lugendi causas ob oculos habet? Utinam sicut lugendi tecum, ita, & tibi gratulandi suppeteret argumentum, ut & partem illam implem, qua gaudere cum gaudente charitas Christiana præcipit. Sed quid ergo, dum quæ sunt Christiani hominis præstare conor, video me Christianum esse penè oblitum. Christianis etenim (quod miraculum videri debet) ex eodem fonte quo luctus, manat & gaudium, & quo ille magis abundat, uberius quoque istud

fluit, dicente Apostolo, *sicut abundant passiones Christi in nobis, ita et per Christum abundat consolatio nostra.* Hac ex parte, pater amantissime, tibi gratulor, mihi gaudeo. Ecce etenim, dum lavas manus tuas in sanguine peccatorum, velut clarissima purpura illustraris, aliorum tenebris clarior redderis, & ex aliena perfidia immortales concinnas tibi coronas, concilias præmia, trophæa erigis, paras triumphos, & se moventes, ac per totum Christianum Orbem circumcursantes immensis laboribus sculptas columnas in æternum mansuras erigis. Taceo illa in præsentiarum, quæ tibi parantur in Cœlis, quæ quum omnem dicendi, vel etiam cogitandi superent facultatem, libentius silentio involuta pertranseo. Quiescat ergo vox tua a ploratu, & oculi tui a lacrymis, quia est merces operi tuo : probe nosti, quid dicat Dominus Angelo Ecclesiæ Ephesi : *scio opera tua, et laborem, et patientiam tuam.* Et quia non potes sustinere malos, est qui laborem, & dolorem considerat, scit ille, qui novit omnia, quod solus calcas torcular, & non est vir tecum ex gentibus; qui spiritu vehementi conaris extinguere ollam succensam a facie Aquilonis, qui Bethsuram munis, ut habeat populus munitionem contra faciem Idumææ; qui restituis Turrim David cum propugnaculis, qui ante aciem pugnas, & tam sinistra, quam dextera strenuè præliaris, potensque opere, & sermone, quos oppugnas, expugnasses omnino, si didicisset aliquando obstinata impietas dare manus; hæc, inquam, qui conderat, hæc & loquitur : *Dicite justo quoniam bene, quoniam fructum adinventionum suarum comedet.* Sed de his hæc. Quod porro a me petis, ut de rebus urbanis, de ipsa inchoata

fuorum restitutione, te faciam certiore, præstabit hæc diligentius nos-  
ter Vossius : ego quidem potius se-  
quor tinnitum, quam res ipsas com-  
pertas habeo ; liberiorisque vitæ cu-  
pidus ; instar omnium hominum  
consuetudinum, est mihi nostra bi-  
bliotheca tibi satis cognita : quod si  
aliquando foras egredior ; ad Sancto-  
rum limina Apostolorum, vel ad  
typographiam me lubentius, quam  
quovis alio confero. Sed satis tibi  
vitæ meæ institutum notum, atque  
perspectum existimo. Quod autem ad  
res nostras pertinet, sic se habent.  
Notationes in Romanum Martyro-  
logium summi Pontificis jussu, soler-  
tique tua industria recognitas, exa-  
minatas, ac præclaris elogiis config-  
natas, jam Deo juvante sub prælo  
esse noveris. Mentiar, si dicere satis  
me posse arbitrer ; quibus illæ antea  
invidorum sint laceratæ calumniis,  
quibus exagitatæ furoribus, ac ne-  
bulis propemodum obscuratæ ; rem  
tamen ipsam paucis absolvam. R. D.  
Magister Sacri Palatii, cujus mun-  
eris est edenda cognoscere, simul ac  
testimonium tuæ pietatis perlegit,  
magnopere illud reveritus, eundem  
Commentarium suo chirographo com-  
munivit. Præstitit id ipsum & R. D.  
Vicarius Apostolicus. Putabam jam  
rem absolutam, quum repente typo-  
graphias mihi occlusas reperi, &  
typographos, qui avidius opus expec-  
tarant, ac instanter exposcerant,  
ab ejus editione prorsus aversos in-  
veni. Quid tandem dicam uno verbo?  
Judica it Deus causam meam, uti-  
nam non tam severè Probe nosti,  
Pater amantissime, quum de his te-  
cum amice quererer in amaritudine  
animæ meæ, quum potentium ro-  
bore opprimerer, me divinum implo-  
rasse judicium. Quum itaque magis

magisque in dies exagitarer, tandem  
excitavit Deus advertus seniores Israel  
spiritum Danielis, ipsum dico Illus-  
trissimum ac Reverendissimum An-  
tonium Carassam Bibliothecarium  
Cardinalem amplissimum, cujus sanc-  
tissimæ vitæ mores, egregiamque in-  
super eruditionem tibi satis perspectam  
esse scio. Hic inquam rebus nostris  
percognitis, egregiis laudibus apud  
viros quosque eruditos, ac denique  
apud ipsum Summum Pontificem mi-  
rifice prædicavit, easdemque perquam  
accurate edendas curavit. Itaque sub  
prælo sunt, simulque vita sancti Am-  
brosii Episcopi, quam in fronte sexti  
Tomi ejusdem Ambrosii operum Sum-  
mus Pontifex collocandam mandavit,  
præfixo auctoris titulo, qui non ut  
volebas, *Cæsarius*, sed *Cæsar* inscri-  
bitur, idque ex illorum sententia,  
quorum arbitrio hæc pendebant. Visa  
est enim illis in homine jam senes-  
cente, eoque nomine tantum cog-  
nito, affectata nimis hujuscemodi  
nomenclatura. Peccatis meis hoc to-  
tum tribuo, qui ut sicut ex Abram,  
Abraham, ita ex Cæsare, Cæsarius  
dicerer, nondum merui. Jure interim  
reddenda sunt, quæ sunt Cæsaris  
Cæsari. Concedat Deus tuis precibus,  
ut abjiciens veterem hominem, ac  
novum induens, novo etiam nomine,  
secundum propheticum sermonem  
appeller, quo & adscribar in Cælis.  
R. P. noster Philippus, & collegæ  
fratres salutem tibi plurimam imper-  
tiantur. Christus Dominus noster te  
pro sua Ecclesia gnaviter laborantem  
semper custodiat. Vale, Pater aman-  
tissime, meque tui semper memorem  
( ut facis ), dilige. Data, &c.

Saluto sanctam familiam tuam.

*Est epist. V. inter select. tom. I.  
fol. 170.*



CÆSARI BARONIO

WILHELMUS LINDANUS.

*Significari sibi optat, quid de Rom. Martyrologii editione, de Breviarii castigatione, cæterisque ad Reformationem facientibus confectum sit.*

Inferatur  
ad annum  
1586.

Si novo cum anno novis etiam, ut arbitrator, flores virtutibus, & tibi, & Ecclesiæ Catholicæ matri nostræ gratulor ex animo, Deum suppliciter obsecrans, ut illustria istiusmodi veræ virtutis atque pietatis eximie specimina in dies majoribus ornet sui cælestis auxilii incrementis. Quod faxit D. Christus tibi, tuisque Collegis ad unum omnibus.

Prolixe dudum in S. Adventu Domini scripsimus, quas te accepisse confidimus per Coloniam.

Itaque vicarias tuas litteras expectantes nunc salutem precamur. Quoad rerum nostrarum statum ex patronis nostri amantissimis, nimirum Illustrissimis Veronensi, Carassa, & S. Severinæ facilius cognosces, quibus copiosissime, ac uti vereor, fastidiose nostratia exposuimus. . . . . Quæ ut tecum communicent, hac fiet ratione, si nostro cum illis nomine communices, quod tibi scripsimus Miraculum illius olim ad mare Rubrum mosaici æmulum; quod & tuis ornabis verbis apud homines nostri ex animo amantissimos.

In horas aveo cognoscere, quidnam de tuis in Martyrologium Romanum notis effeceris; quod equidem spero nunc isto sub prælo gemere. Interea rogo, & si possum, mandavero, ut primum Annalium Ecclesiasticorum

absolvas, præloque appares, ut Orbis videat, Catholicæ Christi Ecclesiæ suos non deesse historicos, qui tot habet polyhistoras, inter quos tu quem, meo, sed pusillo iudicio, merearis locum, tibi in os non dicam.

Amicis candidissimis, & doctiss. viris D. Morino, D. Latinio, aliis nostro de nomine faustum precaberis annum, & salutem in Domino Jesu, sicuti & Petro Gelafino, & D. Fulvio Ursino, & D. Silvio.

Si quid dignaberis rescribere, trades D. Clementi Subliando: ut de successu visitationis dudum inchoatæ; item de Romani Breviarii castigatione, & de cæteris ad Ecclesiasticam Reformationem facientibus. Vale diu nobis, & Ecclesiæ Dei incolumis.

Ruræmundæ 9. Januarii 1586.

Auctorem dissimula, ut liberiores audias aliorum censuras. Nam æmulorum isthic mihi satis esse sentio. Unde nec locum in Vaticana bibliotheca tuo impetres amico.

*Est epist. IV. inter select. tom. 3. fol. 141. etc.*

CÆSARI BARONIO

WILHELMUS LINDANUS.

*Gentis suæ Calamitates lamentatur; tum de nonnullis rebus ad rem christianam, & litterariam spectantibus certior fieri cupit.*

Tamdiu, Ven. D., vestras expectamus non tam responsorias, quam consolatorias super crudeli nostra manus Domini plaga, quæ ipsa re ut

Inferatur  
ad annum  
1586.

mare magna est, nec immerito, cum Judæorum more plagis non tam emendemur, quam ad majora ruamus benignissimi Patris offendicula. Itaque ne tuæ charitati, Ven. D., assidue pro nobis, nostrisque afflictissimis Christi Domini oviculis orandi, atque apud Dominum pie intercedendi desit hypothesis, talem, obsecro, sibi animo existimet apud Belgas esse populi pecunia emuncti, omnibus spoliati, crudelissime verberati, naribus, auribus, manibus mutilati, cæcibus macerati Regiis tributis oppressi, & tantum non undique omnibus exhausti statum, qualem, opinor equidem, apud nullum retro usque gentium reperias poetam aut historicum. Non cælestem illam Nemefin fuggillo, non Dei Opt. Patris nostri iudicium accuso, qui non secundum peccata nostra fecit nobiscum; Sed incorrectam hujus gentis deploro, in primis Cleri, malitiam, quæ cum perditissimis Judæis hisce acerbissimis adeo non emendatur plagis, ut potius cum Sodomæ, & Gomorrhæ suas magis prædicent iniquitates. Deum in istum provocantes XX. annorum indefessæ punitionis, & ejus omnium acerbissimæ furorem. Hæc si ab hostibus inferrentur, æquiori ferantur animo; sed cum a Sociis, immo, si Christo placet, ab amicis, adeoque nostro nutritis stipendio fiant, quanta hanc sceleratissimam iniquitatem exasperet acerbitate, nulli obscurum est, cui vel una humani sensus, piæque condolentiæ unciola est reliqua.

Nos quidem cum Propheta mæstum illum Domino plangimus threnum: *Curavimus Babilonem, sed non est curata. At longe acrius urit illud: Percussisti eos Domine, et non doluerunt.* Itaque de immensa Dei misericordia, vestrisque piis precibus

confisi speramus meliora. Valeat diu incolumis charitas vestra una cum P. Philippo, ac toto vestri Sanctissimi instituti Collegio.

Ruræmundæ 4 Junii 1586.

P. S. Spes nos optima tenet propediem Oppida non pauca nostræ Dioceseos Regiæ obedientiæ, favente Christo, restituenda. Ubi ut majoribus, immo prorsus Paulinis (si quis ejus esset ornatus spiritu) opus erit laboribus, ita & ardentioribus erit vobis incumbendum pro hoc vili ac misero peccatore orationibus, ut immensum suum in labefactatis, immo esis Ecclesiis impleat ministerium.

De Martyrologio tuo avemus cognoscere, quonam sub prælis gemendo processerit, & tuis de Annalibus nobis exoptatissimis quidnam sperandum: sic & de Bibliotheca Illustrissimi D. Sirleti, an alio emigrarit.

Si tuus amicus locum abs te destinatum impetrarit, uti optabas, in Vat., per mihi gratum erit cognoscere; sicuti & de institutæ isthæ reformationis successu, atque Romani Breviarii castigatione, aliisque ad instaurandam avitam pietatem spectantibus. Ista enim dum a vobis læti cognoscimus, magno animum piæ consolationis gaudio delibutum in Domino Jesu inter labores gravissimos experimur. Congaudet enim Charitas veritati, ac multo magis reslorescenti pietati.

Quidnam de illis magnificis Petri Gelasini promissis, Tabula edendorum a se Scriptorum, & Collectorum editis sperandum, significa.

Doctissimis VV. Latinio, Silvio, Flam. Nobilio. P. Gelasino, Reverendo Archidiac. Cameracensi, Petro Morino, Fulvio Urfino a nobis plurimam salutem dices. Iterum vale, Pater Charissime. *Est epist. V. inter select. tom. 3. fol. 142. etc.*

CÆSARI BARONIO

WILHELMUS LINDANUS.

*Persequitur, quæ in diœcesi per lustranda sibi, suisque acciderint.*

Inseratur  
ad annum  
1586.

Quæ suavissimis litteris tuis dudum promittebas, in horas avidissimo expectamus desiderio, tum agemus, quod erit amici. Gloriosam tibi gratulor de tuis æmulis, doctissimis licet, sed parum æquis victoriam, quos edendis tuis Annealibus facile sine Patrono conteres. Proinde suadeo, ut totus posthac in illos explendos, & non tam verbis, quam rebus explendos incumbas, atque VI., aut saltem V. in lucem tomos nobis, piisque omnibus Christianæ Antiquitatis amatoribus desideratissimos cito edas.

Nos domum ex Visitatione 3. Opp. per menses V. habita reversi, rebus forensibus constitutis, totos nos absolvendo illi operi contra Pelagianismum per D. Ariam Montanum pertinaciter renovatum impendimus: ubi tua D. Gelasii testimonia erunt usui.

Si quæ occurrent alia eodem facientia, per mihi gratum erit, si nobis indicare non gravaberis. Sævissima itinerum ubique infestissimorum, tam ab amicis, quam ab inimicis pericula, Deo eripiente, ac protegente, plurima capitalia, & ea præsentissima salvi evasimus; in quæ familiaris meus incidit, quem heri coronatis fere cen-

tum redemimus. Faxit Deus, ne nostris Blyenbechen: illi latrones Mosam fluvium infestantes noceant amplius.

Erant nobis navigio Graviam tentibus infidiati. Sed excubitor ad Mosæ ripam speculari causa constitutus, nos præstolaturus in somnum incidit, ut litteris fide dignissimorum, & relatu vicinorum certo cognovimus. Certe soporem Domini super eum irruisse nobis persuademus, cui gratias idoneas reddere nequimus.

Stupendum Dei miraculum, quod initio istorum civilium motuum Dominus Deus ad Fidei suæ Catholicæ luculentum edidit patrocinium, amicum non celabo alias: quoad D. Werenfredi (cujus D. Willibrordo Apostolo nostro comitis Sanctitatis præconium gloria declarat miraculorum) SS. Reliquias in Bataviæ templo e regione Neomagi quiescentes, ac vicinorum confluxu celeberrimas, adolescens una cum Matre voti explendi causa devectus ex claudio, immo semiparalytico fuit sanatus, atque relictis ibi corporis bajulis scipionibus, domum incolumis rediit. Sic enim nobis oculati testes verbo, & scriptis sigillo suo munitis, & fide Sacerdotii asserunt. Sed de hoc plura libello de nostri temporis Miraculis, quæ suo recognoscemus loco, ubi meliora castigaverimus.

Quod animus isthic præfagebat de illâ tui amici effigie, cui nunc pallidulus, & exantlatis tot Ecclesiarum, & Monasteriorum deformatissimus laboribus, lucubrationibus, atque difficillimis plus minus XXXVI. de dogmatibus controversis concionibus exhaustus vultus tantum mutatus ab illo, apud carissimum P. Illustrissimum D. Hofium P. M. collocanda (nosti ubi) jam vides meo accidere pro omine. Itaque tecum habitet,

immo latitet cum illa Davidica Nyc-  
ticora : quam D. Paullini lectionem  
si alicubi observasti, gratissimum erit  
discere ; sicut & illud in hymno  
Martyrum : *Pœnas dilexit fortiter*, ut  
Cod. Neomag. Silentium tuum de  
Romano Breviario, ut de reforma-  
tione satis mirari non possum.

Amicis nostri studiosis ad unum  
omnibus salutem cupimus in Domino  
plurimam. R. P. Philippo cum toto  
vestro Collegio salutem cupio : quo-  
rum precibus nos, nostrumque gre-  
gem afflictissimum, quæso, subinde  
commendare dignaberis. Vale incolumis  
in Christo Jesu.

Ruræmundæ 19. Novembris 1586.

P. S. Delicias visitationis nostræ  
alias tibi depingam, quo undique ex-  
clusis horreo vastissimo pernoctandum  
fuit, & in straminibus ad focum in  
turba dormiendum, & nisi Deus suum  
inexpectatum misisset Abacuc, om-  
nibus post longissimum iter his pedi-  
bus fere confectum jejunandum, &  
sitiendum. Pastor enim vicinus ad  
horam fere a militibus exhaustus in  
noctis conticinio attulit quod habuit,  
panem unum X. litteris atrum, sex-  
quibocalem cerevisiæ, parum carnis  
salitæ, atque butyri, & fragmentum  
caseoli. Sed quid hæc interquadraginta?

*Est epist. VI. inter select. tom. 3.  
fol. 144. etc.*

CÆSARI BARONIO

WILHELMUS LINDANUS.

*Dolet, Baronii promissa necdum appa-  
rere, sibi que de quibus quæsierat  
adhuc non satisfieri; tum obiter de  
sue Gentis calamitatibus.*

Inseratur  
ad annum  
1586.

Si vales, mi Cæsar ex animo caris-

sime, & tibi, & mihi, ac in primis  
Catholicæ Ecclesiæ Matri nostræ se-  
rio gratulor. Tui desiderium nos ma-  
gis discruciat, quod promissa pridem  
tua ad nos non perferuntur. Ambro-  
sium tuum dico, & notationes aureas  
in Martyrologium, & alia a nobis  
postulata de Rom. Breviarii castiga-  
tione, & Bibliorum, & Cleri Cano.  
reformatione, & quæ horum spes, at-  
que similiter piis his desideratis. de  
Lateran. Episcopi restoratione, &  
Bibliorum Græc. editione.

Sed magis illud exagitat, Anna-  
lium tuorum editio : quam in lucem  
prodire miris modis exopto, ob cau-  
sas isthic non semel inter nos suavis-  
sime pertractatas.

Itaque tibi *episcopi* equidem num-  
quam defuero, donec tantus Ecclesiæ  
thesaurus publico usui promatur.

Hic omnia silent, & potissimum  
inter arma leges, licet in hibernis suo  
indulgeant genio milites acerbissimis  
provincialium gemitibus, quos pon-  
dus tributorum excoriat. Verum ita  
nostri mores acerbis adeo flagellis ni-  
hil castigati efflagitant, ut vel tandem  
resipiscamus. Quod vestris, aliorum-  
que isthic piorum precibus futurum  
speramus, quas ut nobis nostroque  
afflictissimo gregi sedulus cum tuis  
impendere pergas, supplex oro.

Illustrissimis D. S. Severinæ, Ma-  
drutio, & Montereali, aliisque nos-  
tri studiosis patronis nostro nomine sa-  
lutem dicere, nostraque officia humil-  
lime paratissima offerre ne graveris.

Illustrissimo D. D. Carasæ gratu-  
latorias de salute restituta scribes. Vale  
diu incolumis cum tuis omnibus,  
quibus a me salutem dices, atque  
precibus assiduis commendabis.

Ruræmundæ 20. Decembris 1586.

*Est epist. VII. inter select. tom. 3.  
fol. 146.*

CÆSARI BARONIO

WILHELMUS LINDANUS.

*Certiozem Baronium facit de suis lucubrationibus, & vicissim de nonnullis libris qui Romæ prælo parabantur, certior fieri cupit.*

Inseratur  
ad annum  
1587.

Venerab. Domine Cæsar ex animo carissime. Quod tam prolixè nostris expostulationibus satisfacere satagis, magnâ cum voluptate hausi; undè mihi futurum polliceor, ut majoris inter nos amicitia non reconciliatio, sed æternum ævis erit, & hic & in patria illa æterna vinculum. Præcipuè cum variis tuis litteris significas, nos te reddidisse certiores, quæ scire cupiebamus: hæc nondum perlatae alicubi forte hærent, tandem emerfuræ; sicuti nunc Illustrissimi Domini Veronensis Februario datæ huc modo sunt allatae. Martyrologium missum suo accipiemus tempore, ubi commoda erit opportunitas Annales tuos, quæso, ne ultra Pentecosten differas, ut

proxima iis bruma frui liceat, indeque nostra locupletare: quando, si faverit Christus, duos, aut tres Tomos nostrorum operum Plantino apparamus, variis auctos non editis, potissimum Tom. II., qui nostra habet polemica; ut primus ad evertendas funditus istius tempestatis hæreses Eccl. Dei naviculam variis nimbis jactantes parasceastica. Tertius vero de Virginitate, votoque Castitatis libros habet quinque, & de Ecclesia visibili varia. Quartus Calvinistas oppugnat, ut quintus Pelagianismum passim repullulantem per Ariam Montanum sæpius frustra monitum pertinaciter renovatum, decemque libris refutatam (1): quos favente Christo abolveramus priusquam nos infesta ista coqueret, ac suum in originarium pulverem tereret febris: quæ in nos grassatur atrocius, quod hic nec Medicum, nec Apothecarium habemus, nisi bidui itinere. Habes studiorum nostrorum hiemalium scopum, ne nos (si tamen Deus tertium istud exulii suo infelici prorogare volet exilium sua a castissimis illis Agni nuptiis in cælesti Patria celebrandis procraftinatione permolestum) senili ocio putes tradituros. Unum hoc summis a Christo Domino Jesu votis exposco, ut unius hiemis inducias indulgeat; quo ea, quæ sub manibus sunt, concinniora, & ad suæ Religionis patronicum aptiora queamus absolvere, atque tum secundiore vento in patrias sedes cito remeare; acerbior enim in

(1) Benedicti Ariæ Montani Hispalensis viri doctissimi, atque in Hebraicis præcipue, Græcisque litteris versatissimi vitam, atque opera diligenter acurateque refert Nicolaus Antonius Bibliotheca Scriptorum Hispaniæ tom. I. pag. 162. & seqq. Obiit autem Montanus Hisp. ali. Kal. Jun. anno 1611 & in celeberrimo Sodahum illius civitatis cœnobio, cui præfuerat, sepultus est.

horas redditur vita, non tam quod multa nobis negantur ad res pro officio gerendas utilia, ne dicam necessaria, sed quod Christi, & justitiæ causa plurimis Antagonistis obnitentibus, non agitur ut . . . . . Variæ namque infestiss. Christi hostiam reconcilia-tiones, & quorundam declarationes, quidnam posterius sint paritura, infelix equidem vereor, docebit dies. Dudum in Aulam rerum nostrarum misimus statum, auxilia Eccl. in usum præstandi officii pastoralis pos-

tulantes, subductisque stipendiorum rationibus demonstravimus, nobis hæctenus per annos sex non superesse in familiæ usum amplius, quam redditus, quos in Belgium donabat S. D. N. Sed ad priora illa mea desideria redeo, quidnam de Romano Breviario sit futurum: sicuti & de nova LXX. versione, atque Græca illa in lucem editione, si quid adjicere dignaberis, in lucro deputabitur, potissimum quidnam in veteri Versione præstitum, & quibus adjutoribus? (1)

(1) Nova Bibliorum *v. l.* LXX. editio cum sua latina versione prodiit hoc eodem an. 1587., quo Lindanus hanc ad Baronium epistolam dedit, Romæ ex typographia Francisci Zannetti, sequenti titulo insignita: *Biblia Græca seu vetus Testamentum juxta LXX. mandato Pii V. et Gregorii XIII. summorum Pontificum elaboratum. jussu & auctoritate Sixti V. Pont. Max. editum* in primis secundum exemplar Vaticanum, & ubi illud deficit, alterum Venetum Cardinalis Bessarionis, & alterum ex magna Græcia advectum) studio, & opera Antonii Cardinalis Carafa, junantibus diverso tempore multis viris doctissimis, cum variis lectionibus ex antiquis Codicibus, & ex veteribus interpretibus, Aquila, Symmacho, & Theodotione a Petro Morino collectis, cum ejus Præfatione, in folio. Viri autem doctissimi quibus Cardinalis Carafa usus est in ea editione curanda, quinam fuerint, patet ex his quæ habentur apud Josephum Silos lib. XIII. hist. Cleric. Reg. ad an. 1575. sequentibus plane verbis: „Cavit accurate huic divinarum Scripturarum nitore sacro-sanctum Concilium Tridentinum, ac juxta ejus decreta Pius Pontifex V. illarum correctionem est aggressus; cumque in ejusmodi Sacrorum Bibliorum eruditione, ac literatura insigni tunc laude floreret Romæ Agellius, linguarum maxime peritia instructus, agi de iis gravissimæ rei momentis non potuit, quin ipse inter paucos consuleretur, adhibereturque operi. Igitur, ut testatur ipsemet data ad Latinum Latinum epistola, demandatum hoc illi negotium fuit una cum viris doctissimis, Mariano Victorio Episcopo Reatino, Paulino e Dominicana familia, & P. Emanuele Sa Societatis Jesu; sublatoque e vivis Pio, qui successit Gregorius XIII. visus in id operis adjecisse animum, habitaque cum purpuratis Patribus consultatione, commendatum munus fuit Antonio Cardinali Carafa Bibliothecario Apostolico, qui sub Pio V. hanc etiam provinciam capeffiverat; ut cui peropportuna iis vigiliis instrumenta inerant, multiplex eruditio, ac sacrarum litterarum studia, linguarumque, Græcæ præsertim cognitio; ad hæc ardor quidam, atque indefessus animi vigor. Conquisti in primis intentiore quidem studio ab eo fuere ab omnibus Europæ, Christianique orbis partibus, ac Bibliothecis, cum vulgatæ, tum LXX. interp. editionis antiquiores, atque emendatiores codices; quorum exemplaria inpersos, excusosque ante hac in Sacris Bibliis errores expungerent. Tunc acciti undique, adscitique in laboris partem viri, in omni doctrinarum laude celeberrimi, atque in sacris præsertim linguis, rerumque divinarum studio versatissimi; quorum diligentia, ac studio operosum, atque utilissimum omnino consilium perducere ad

Incredibilis, & execranda, immo & detestanda est populi hujus excoriatio, veraque cantillatio per eos præcipue, qui ex Pro. venerunt tibi in cute nota: quorum non infimum jam pridem Sathanæ tradere statuimus, si ex aula huc rediret: quod contra edictum Regis aliena rapit. Ita omnia eis impune licent, ut unum Monasterium unus damno ad XXX. M. Coronatorum adfecerit, sed nobis non subest. Omnia civium, & provincialium infesta habent tamquam conjurati in eos hostes, plus eis, quam ipsi hostes noxii. Deus tandem nos respiciat propitius! Frisæ autem calamitas Religionis omnem fidem superat: ubi in tres partes dissecti suppositium Regis

Senatum in vinculum conjecerunt. Præses in Hollandiam missus a Carnifice in stabulo est flagellatus. Religio illic ita fere tota sectis variis perit, ut in oppido vix 30. inveniantur Catholici: quibus, & Hollandis, & Zelandis pastores nos præparare conabamur. Sed mors Gregorii P. M. impedivit. Si audiremus . . . . . ut judicium diligit, ita etiam misericordiam in omnes indignos exercere, scriberemus, ut promissa illa de Belgico Sciario per quam perditis. Dei Ecclesiæ necessario (si in tempore saperemus) plusquam aurea tandem præstaret. Sed frustra vereor. Super quo tuum, & amicorum expectabo consilium. Certe privatam mihi ver-

exitum posset. Ex eo numero, quos ipse meminisset, ac cognovisset, fuisse, ait Ghislerius, Lælium ipsiusmet Carasæ Cardinalis Theologum; Fulvium Ursinum, Lateranensis Ecclesiæ Canonicum; Petrum Morinum, Gallum; Doctorem Valverdam, Hispanum; Robertum Bellarminum Societatis Jesu, Franciscum Toletum ejusdem Ordinis, utrumque in amplissimum Cardinalium Collegium postea adscriptum, & Antonium nostrum Agellium, Episcopum postea Ascernensem. Et quidem in ea parte, in quam est primo ingressus hic præstantissimorum Capitum senatus, nempe in correctione versionis septuaginta interpretum, præ omnibus defudasse curis suis Agellium, exploratum habet Ghislerius, testis ipse oculus. Enim vero incredibili quadam laboris contentione complurium Græcorum codicum textus contulit, ad lectionis nimirum Hebraicæ fidem, aliarumque vetustissimarum versionum, ipsorumque septuaginta Interpretum, prout diversimode ab antiquis referrentur Patribus examinatos. Quæ quidem omnia cum in conventibus, qui coram Cardinali Carasæ ea super re habebantur, ab eo in medium producerentur, atque accurate expenderentur; quæ postea retinenda, quæ expungenda lectio esset, tot sapientissimorum hominum judiciis definiebatur. Quas Agellii vigilias testantur liquido Græci codices duo Septuaginta Interpretum, quos in nostra Quirinali Bibliotheca asservamus. Alter quatuor distinctus tomis, ad cujus margines multiplicem videre est diversorum textuum interpretationem prout ille probabat, ejus manu, Græcis quidem notis, adscriptam. Alter Romanis typis excusus, atque ad antiqua exemplaria emendatus; ad cujus primæ paginæ extremum, hæc leguntur Cardinalis Carasæ, ut putamus, manu, (ab Antonio Cardinali Carasæ Antonio Agellio pro suis laboribus.) Quod si in iis versionibus colligendis quæ adnotatæ post singula capita in correctis codicibus reperiuntur, Petri Morini studia laboraverint; constat nihilominus & in iis non minimum defudasse Agellium. Eodem fere modo narrat idem Joseph Silos citato tom. pag. 337. ut videre est apud Jacobum Le Long in Bibliotheca Sacra tom. 1 pag. 189.

bis tam magnificis promissis inopiam securus despicio. In Rom. Breviario advigiletur, ne quid antiquissimis rebus aut detrahatur temere, aut addatur, nedum adverteatur, ut illud N. ne barbam, aut comam alant. Sic etiam adulterina specie nobis D. Ambrosium Roma edidit barbatum contra fidem veritatis Ecclesiæ Mediolanensis, quod & Reverendissimus Vercellensis agnovit ubi apud me diversaretur. Adulationibus quorundam istud non est indulgendum. Rursus ne preces publicæ Breviarii a Missali turpiter dissonent. Si quid de Rom. Indice Librorum damnatorum tandem parendo habes, noli nos celare. Illustrissimis D. D. Severinæ, de Monte Regali, Senonensi, aliisque nostra offeres obsequia in Christo Jesu semper paratissima. Reverendissimo D. Majolo Vulturarien., & Aquinati cum D. Cano. Franco, Latinio, & Biblioth. Far. Præfecto, Nobilio, &

Petro . . . . . Parisiens. aliisque nostri studiosis a nobis salutem dicere dignaberis. Si Lateranen. palatium instauratur, læti audiemus. Ven. P. vestro una cum collegis omnibus plurimam quotidie salutem a Domino cupimus.

Ruræmundæ 18. Maii 1587.

*Est epist. VIII. inter select. tom. 3. fol. 147. etc.*





SUB

JACOBO A CASTRO

TERTIO RURÆMUNDENSIIUM EPISCOPO.

ACTA ET CONCLUSA

In Congregatione Archipresbyterorum Ruramundensis Diœcesis, die 11. Septemb. 1612.

Inseratur  
ad annum  
1612.

1. **M**ANDATUR omnibus & singulis Pastoribus, ut si qui eorum non habeant sacra Biblia, ea sibi comparent intrâ tres menses, & diligenter legant, ea quæ non intelligent cum altioris mysterii veneratione prætercunt, aut sensum ex Catholicorum scriptorum sententia indagantes.

2. Ut etiam habeat unusquisque Concilium Trid., & Concilia Provincialia Mechliniensia, eorumque decretis sese conformet.

3. Habeat etiam quilibet librum ex quo perdiscat casus conscientiæ, sive summam Toleti, sive Binsfeldii doctrinam Pastoralem aut similem, eumque diligenter legat & conferat cum iis quæ habentur in Pastoralibus.

Similiter habeat libros aliquos catholicos, qui suppeditent materiam concionandi.

Et de hisce libris comparatis infra medium annum à facto indicio, teneatur Decano suo facere fidem.

4. Teneantur Pastores quotannis semel sese præsentare ordinariis Examinatoribus, ut de studio, & profectu eorum notitiam habeant, idque intrâ natalem Domini & quadragesimam, quando scilicet vocati fuerint.

5. Si qui sacerdotes ita se inebriaverint, ut scandalo fuerint præsentibus aut videntibus, postridiè quantumvis confessi Missam celebrare non præsumant sub pœnâ 4. Dalerorum. Atque idem iudicium esto de quolibet peccato publicè scandaloso.

6. Pastores & quilibet alii Clerici maximè Beneficiati, vestes gerant clericales nigri coloris & longitudine ultrâ genua dependentes, habeantque semper tonsuram ordini suo convenientem, nec barbas gerant alatas, sub pœnâ arbitrariâ. Qui verò Religiosi sunt habitum ordinis sui publicè gestent.

7. Cum ad proventus Pastorales, Custodum aliorumve Beneficiorum spectent non tantùm fundi & redditus, verum etiam oblationes consuetæ, utpotè certi panes, manipuli, ova paschalia & similia jura ex consuetudine præscripta: monemus omnes Beneficiarios sub juramento, quod præstiterunt, de conservandis bonis & juribus Beneficii sui, etiam talia contineri. Undè sicubi usus talia persolvendi adhuc observetur, caveant illum negligere. Sicubi verò per hæc bella intermissus est, studeant in usum revocare, & nolentes solvere, jure cogantur.

S

8. Necessarium duximus prohibere, ne officium exorcisandi quisquam præsumat exercere, nisi causâ cognitâ, & obtentâ licentiâ ab Archipresbytero loci, quâ etiam obtentâ, nemo utatur aliis exorcismorum formis, quam in Pastoralibus præscriptis sub pœnâ 10. Dalerorum.

9. Idem iudicium esto de curationibus morborum superstitiosis, sub prætextu aliquarum precum aut Verborum Scripturæ sacræ &c.

10. Decani examinent personas utriusque sexûs, quæ benedictionibus utuntur contra morbos, aut de genere morbi alicujus, ut dicunt, sancti, respondent, certasque præscribant observantias: ut dicant, undè artem illam didicerint: quibus utantur benedictionibus; quibus indiciis morbi genus deprehendant, & undè sciant, observationes, quas præscribunt, prodesse, & non alias, & singula ad Ordinarium scribant examinanda.

11. Nulli Pastores aut Sacerdotes potandi gratiâ ingrediatur tabernas, sub pœnâ trium Dalerorum, toties quoties.

12. Ut piis Beneficiorum fundationibus satisfiat, quisque Pastor denuntiet suæ Ecclesiæ Beneficiariis, ut quilibet antè festum nativitatis S. Joannis Baptistæ proximè secuturum registrum conficiat omnium bonorum sui Beneficii cum debitâ designatione fundorum cum suis limitibus, & hypothecarum quæ re ditibus obligatæ sunt, earumdem limitibus adjectis, unâ cum nomine possessoris moderni: describant item si Beneficium ex suis fundis debeat aliquos census, & quibus, & usque ad quem annum persoluti sint. Adjiciant etiam ad quod officium Beneficiarius obligetur; atque hoc registrum antè dictum festum S. Joannis tradant Decano suo sub pœnâ

duarum Librarum flandicarum irremissibiliter exigendarum.

13. Denuntient iidem Pastores suæ Ecclesiæ Beneficiariis, nos jam in usum revocare antiquam consuetudinem, ut quicumque in loco sui Beneficii non resident personaliter quotannis antè festum S. Ægidii petant a Decano licentiâ absentiae, & solvant jura consueta, nempe vigesimam partem valoris ipsius Beneficii, & insuper Decano pro registratione 4. stuferos. Quod si antè prædictum festum licentiâ non petierint, & jura solvere neglexerint, perdent omnes fructus illius anni, quos Decanus arrestatos colligi faciet & recipiet, detractoque stipendio Deservitoris, applicabit in usum Seminarii Episcopalis. Exhibere quoque debet qui abesse volet, litteras Testimoniales honestæ vitæ in loco residentiae suæ, & docere de sufficienti & laudabili Deservitura.

14. Non admittantur ad officium Patrini quicumque Hæretici, quamvis nobiles, neque Religiosi quamvis Abbates sint aut Abbatissæ.

15. Nemini detur in Ecclesiâ Eucharistia nisi genuflexo.

16. Moneant Pastores suos subditos, non satisfacere præcepto Ecclesiæ, qui non communicant intrâ Dominicam Palmarum & Dominicam in albis, quamvis immediatè antè communicaverint.

Qui confessi sunt multis diebus antè communionis Diem, si interim in peccatum mortale inciderint, non communicent nisi iterum confessi.

17. Non absolvantur sacramentaliter, qui non confitentur nisi peccata in genere, neque similiter si quis nolit quidquam confiteri, nisi de eo fuerit interrogatus, etiamsi peccatorum suorum recordetur: ut verò examinentur & juventur Pœnitentes bonæ volun-

tatis, non tantum non prohibemus Confessariis, verum etiam jubemus, ut fiat.

18. Non sepeliantur in Cœmeterio etiam polluto non baptizati, neque hæretici, neque excommunicati, quia deberent rursus exhumari.

19. Abrogetur passim abusus, quo juventuti armatæ in Theophoriâ comitaturæ ex parte Ecclesiæ, aut alicujus Confraternitatis datur unum aut alterum vas cerevisiæ antè processionem, unde fit, ut sine devotione multi ebrii sacram Eucharistiam comitentur. Quod si comitari nolint nisi hoc fiat, satius est istam pompam omitti, quam abusum illum diutius tolerari.

Anno 1613. die 3. Septembris.

Inseratur  
ad annum  
1613.

Habita est congregatio Decanorum Christianitatis, in quâ articuli Concilii præcedentis anni, videlicet 1612. prælecti, examinati, & rursus executioni mandati sunt, singulis Decanis suas, quas circâ prædictorum articulorum executionem patiebantur difficultates, proferentibus & allegantibus. Insuper conclusum est, ut in posterum Pastores non jaculentur in plitacum cum suis Confraternitatibus, nec habeant cum eis societatem armorum, sed si honestum est, ut & ipsi in societate locum habeant, habeant locum Pastoris, & non militis sub pœnâ unius libræ flandricæ, toties quoties.

Anno 1614. habita est congregatio Archipresbyterorum die 10. Septembris ubi hæc statuta per R. mum D. um Jacobum à Castro Episcopum Ruræmundensem.

Inseratur  
ad annum  
1614.

1. Renovamus Prædecessoris nostri

mandatum, ut omnes Diœcesis nostræ Sacerdotes, etiam si nullius peccati mortalis conscientiam sibi habere videantur, non tamen præermitant saltem singulis mensibus apud suum ordinarium Confessarium confessione sacramentali animas suas expiare, & sacrosanctis Mysteriis se reddere aptiores. De quo docere tenebuntur quoties ab Archipresbytero fuerint requisiti.

2. Cum nonnullos Pastores faciles esse invenimus, ut a suis Pastoratibus sive noctu, sive etiam per plures dies sese absentent sine justâ causâ non tantum ii, qui Vicarium aliquem habent, qui occurrentibus necessitatibus possit satisfacere, sed etiam si nullum habeant, eâ solâ fiduciâ, quod vicini Pastores satisfacient casibus occurrentibus: Prohibemus ne de cætero Pastor a suâ Parochiâ se absentet vel unicâ nocte, nisi certum habeat, qui necessitatibus satisfaciendis sit obligatus, idque noverint subditi vel saltem Custos, cui ordinariè Pastor teneatur indicare, quo loco possit reperiri. Nunquam verò absit, etiam posito Vicario, ad unam septimanam, nisi obtentâ ad hoc licentiâ Episcopi vel Archipresbyteri, cum notitiâ causæ & substituto Vicario.

3. Concionum Pastoralium ut major sit fructus, obediant Pastores, maximè rurales, mandato Concilii Tridentini sess. 5. cap. 2. de reform. quo præcipitur, ut Pastores singulis Dominicis & festis diebus solemnioribus, plebes sibi commissas, pro suâ & earum capacitate pascant salutariis verbis, docendo quæ scire omnibus est necessarium ad salutem. Vicia quæ Plebem declarare, & virtutes quas sectari oportet; Ideoque unam semper suæ concionis partem occupet aliqua materia

cathechistica & insuper juventuti in rebus quæ ad salutem pertinent erudiendæ sedulo incumbant

4. Quia nonnulli existimant, non posse Pastoribus prohiberi, ne ingrediantur tabernas, cum tamen id decretum sit Concilii Provincialis: mandatum nostrum eâ de re factum alias iterum renovamus.

5. Similiter de vestibus legantur statuta Concilii Provincialis fol. 52. secundi autem titulo 18. ideoque quod de gerendâ coronâ & vestium honestate alias statuimus, omnino cupimus observari.

6. Declaratum insuper fuit, quod Archipresbyteris visitantibus Ecclesias debeatur procuratio, ubi etiam comprehenditur viaticum, quod quia ipsi fortè avarè non exigunt, debent Pastores per se & spontè offerre, singulis annis ut minimùm unum florenum aut circiter.

Declaratum quoque fuit, Vicarios qui in suis parochialibus Ecclesiis resident, jure Communi obligari ad exhibendam Pastoribus reverentiam & honorem & publicis divinis officiis sese ordinariè exhibere præsentés, eaque suo ministerio cohonestare.

*Anno 1615. Congregatis Episcopatus Consiliariis unâ cum Dominis Archipresbyteris, communi consilio ordinatum est quod sequitur :*

Inseratur  
ad annum  
1586.

1. Ut homines in pagis non negligant diebus Dominicis & festis audire sacrum Missæ officium, publicandum est edictum, ut in locis ubi plures Missæ celebrantur, nemo habeatur excusatus, sed ita inter personas cujusque familiæ fiat divisio, ut ministri & pueri matutinalem audiant

Missam, seniores verò ad summam Missam conveniant.

Ubi Verò unica tantùm per diem Missa celebratur, si qui uno die dominico aut festo, dum alii templum accedunt, domi manere debeant, alio die festo aut dominico sequente, commutatâ personâ domi manente, ad Missam venire teneantur, sub pœnâ mediæ libræ ceræ, pro primâ vice exigendæ a capite familiæ in quâ defectus contigerit, in usum Ecclesiæ parochialis: pro secundâ autem vice unius libræ integræ similiter exigendæ a capite familiæ, cui jus sit repetendi a negligentibus. Pro tertiâ autem & veterioribus, sub pœnâ arbitrariâ.

2. Prohibendum, ne sponforum amici, qui eos armati deducunt, cum suis armis Ecclesiam ingrediantur, multoque minus in Ecclesiâ bombardas explodant.

3. Item ut in Theophoriis, quando armata juvenus post processionem templum ingreditur oblationis gratiâ, arma sua in Ecclesiâ demissa gerat, & transiens circa venerabile Sacramentum, genuflectendo faciat reverentiam Deo debitam, tympana quoque & fistulæ in Ecclesiâ conticefcant.

4. Præterea ordinatum est, ne Pastores sibi Confessarium eligant alienæ Diœcesis, nisi ab Ordinario Ruræmundensi approbatum & qui sit honestæ vitæ & famæ.

5. Item ne Pastores, dum aliquâ justâ ex causâ foras eunt, etiam cum licentiâ Episcopi vel Archipresbyteri, oves suas committant Pastori alienæ Diœcesis, quamvis alicui vicino, extrâ necessitatem, nisi ab Ordinario Ruræmundensi approbatus sit, idque nec tunc quidem, nisi de licentiâ archipresbyteri.

6. Item ut moneant Pastores, ne hæreticos sub suâ curâ habitantes

profus negligant, sed quamvis cum ipsis non debeant disputationem instituere, quod ferè non fit cum proventu, subindè tamen moneant, interdum corripiant, instructionem vel offerant, vel etiam de facto ingerant, quantumvis non libenter audiantur, ne quando det eis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant a Diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.

Inferatur  
ad annum  
1618.

Anno 1618. in 4.<sup>to</sup> Septembris indicta fuit Congregatio Archipresbyterorum Episcopatus Ruramundensis, ad constituenda ea, quæ sequuntur in melius bonum diœi Episcopatus.

Cum relictis annorum præcedentium statutis plura inveniantur quorum nullus secutus est effectus, non nulla eorum placuit iterare, ut sequatur fructus: atque inprimis ad occurrendum otio & ignorantia quorundam Pastorum, decretum est

1. Ut Decani jubeant omnibus & singulis Pastoribus & Pastorum Cappellanis, ut intrà unum mensem doceant se habere sacra Biblia, Concilium Tridentinum, & provinciale Mechliniense. Item quos habeant authores ad studendum concionibus, & quos ad studendum casibus conscientia & sacrae Doctrinae sub pœnâ duarum Librarum flandricarum, si quis ejusmodi libros non habeat, nec statim studeat comparare. Alii quoque sacerdotes, qui curam animarum non habent, teneantur Decanis reddere rationem occupationum suarum honestarum, quibus se ab iniquo otio vindicent.

2. Cum anno 1612. declaratum sit, teneri Pastores, quando ad hoc vocati fuerint, quotannis se præsentare Examinatoribus, ut de eorum studio & profectu possit haberi noticia, præsertim cum multi eorum, urgente Sacerdotum paucitate vel sub spe studii & profectus admissi sint ad Pastorum, mandatum est Archipresbyteris, ut scripto indicent nomina Pastorum suæ regionis, qui maxime ejusmodi stimulo indigent ad proficiendum, ut suo tempore evocari possint ad examen.

3. Mandatum quoque est Archipresbyteris, ut attendant, quæ de absentis Pastorum statuta sunt anno 1614. ne per absentia facilitatem contingat inconvenientia. Item de non negligendâ ipsis sacramentali confessione ut minimum singulis mensibus.

4. Cum relatum sit ad Nos, quosdam Pastores usque aded officii sui oblitos esse, ut de administrando Sacramento extremae unctionis nullam gerant sollicitudinem, mandamus omnibus & singulis, & maxime illis, ubi intolerandus hujusmodi defectus cepit irrepere, ubi subditos tum pro concione, tum maxime occasione infirmitatis corporalis, de hujus Sacramenti usu & utilitate, imò magnâ sapè necessitate curent instruere: neque unquam vel cum evocantur, vel etiam non vocati, cum sciunt administrandi tempus propter instantem infirmi mortem urgere, vel recusent administrare vel negligant, sub pœnâ 20. Dalerorum, toties quoties.

5. Mandamus Promotori, ut contra quosdam Pastores aliosque Sacerdotes potatores inquirat, eosque secundum Decreta anni 1612. puniendos

curet. Alioquin, si cum eis dissimulasse aut officium suum in hac parte neglexisse convictus fuerit, statutam pœnam ab ipsomet exigemus Promotore.

6. Monti sunt Domini Archipresbyteri, ut in posterum acta suarum visitationum Episcopo transmittant saltem antè festum S. Bartholomæi, ut secundum ea se in proximè fecuturâ congregatione possit dirigere

7. Iterum monendi sunt Pastores qui negligunt exigere sibi debitos panes ecclesiasticos, quod nisi eos exigerint, Promotor contra eos procedet tamquam perjuros, eoquod, cum juraverint proventus & jura sui Pastoratûs se defensuros, id tamen non faciant.

8. Moneantur Pastores, quod teneantur sibi comparare superpellicea tamquam proprium suum habitum, quo in administrandis Sacramentis & in divinis officiis uti debent. Similiter etiam Vicarii, ut in officiis divinis, sicut loco, ita etiam habitu a plebe distinguantur. Custodes quoque, cum in Sacramentorum administratione aliisque divinis officiis ministrant, induti sint superpelliceis, quæ comparanda sunt pro loci consuetudine, vel ipsorum proprio sumptu, vel sumptu fabricæ Ecclesiæ.

9. Ut bono ordine omnia in Ecclesiâ fiant, præcipimus omnibus Pastoribus maximè qui in pagis degunt, ne pro suâ commoditate, vel pro nobilium appetitu, horam celebrandæ Missæ nunc anticipent, nunc postponant, sed ubi haberi potest Missa matutinalis, illa in æstate quidem circâ horam sextam celebretur, in hyeme verò circâ septimam. Summa vero Missa tam hyeme quam æstate celebretur circâ horam nonam, unâ cum reliquo, quod ei

adhæret, officio. Processionum verò frequentia extra tempus paschale diminuat, eoquod experientia doceat, eas cum nullâ ferè devotione & ædificatione celebrari. Undè quantum fieri potest absque offensione, accommodent se omnes ordini missalis romani.

10. Cum ii, qui matrimonio jungi volunt, piè illud Sacramentum suscipere debeant, ideoque cum Missæ Sacrificio conjungi, sub cujus officio juxta Ecclesiæ consuetudinem, etiam peculiaris super sponso legitur Benedictio, mandamus, ut ad solemnisationem matrimonii non quavis horâ, sed eo tempore accedatur, quo Missæ Sacrificium in Ecclesiâ celebratur, neque propter aliquorum amicorum absentiam aut tarditatem ultrâ illud tempus differatur: quod si qui ultrâ debitum tempus distulerint, aut illo die non conjungantur, aut si illud judicetur inconveniens sitve periculum incontinentiæ, pœnâ 2. Dalerorum vel aliâs arbitrariâ puniantur.

11. Sepulturæ quoque funerum eâ horâ procurentur maximè in pagis, quâ inchoari debet summa Missa.

12. Infantes quoque ad Baptismum eo maximè tempore, cessante necessitate, adducantur, quo solet Pastor esse in Ecclesiâ, nullo verò modo, quando Pastori certâ hora constituta est, propter aliquorum absentiam notabiliter diutius dilatio fiat.

13. Circâ stationes Religiosorum, qui solent in Ecclesiis Parochialibus subindè prædicare, & postmodum a Populo eleëmofynas petere, servetur edictum nostrum 1. Feb. anno 1618. editum Falcoburgi.

14. Quoniam occasiones, quibus avocatur Populus ab Ecclesiâ, tollere oportet, volumus revocari in memoriam edicta hæctenus emanata, qui-

bus prohibetur, ne diebus dominicis aut festivis horâ concionis, summæ Missæ aut Vesperarum permittatur quisquam in tabernis aut diverforiis potitare, sub iisdem pœnis cupimus renovari, declarantes hoc edicto etiam illos comprehendi, qui tempore divini officii vino adusto sumendo indulgent.

15. Cum fons baptismalis in signum unius in Ecclesiâ baptismatis publicus in singulis Parochiis erectus sit, non tantum pro pauperibus, verum etiam pro Imperatorum, Regum ac Principum filiis, non præsumant Pastores extrâ necessitatem administrare baptismum in ædibus privatis, etiam nobilium, sinè licentiâ Archipresbyteri, qui eam non facile concedet, præsertim in talibus locis, ubi non sunt Sacella vel Altaria consecrata.

16. Quandoquidem Catholici, quando hæreticis communicant Sacramentis, schismatis eorum fiunt participes, prohibemus omnibus subditis nostris, ne intersint contractibus conjugalibus, sepulturis, aut baptismo, quando ab hæreticis Ministris celebrantur, sub pœnâ 6. florenorum aureorum pro unâ vice, & pro secundâ dupliciter. Quod si quis in tali baptismo etiam susceptoris fungatur officio, aut eorum audiat conciones, ulterius puniatur pœnâ arbitrariâ.

ACTA ET STATUTA in Congregatione Decanorum Ruræmundæ anno 1619. die 3. Septembris.

Repetita sunt quæ anno superiore statuta erant, sed non mandata effectui.

1. Insuper ordinatum est, ut quoniam nonnullis locis irrepsit consuetudo sepeliendi defunctos in cæme-

terio sine Sacerdote, sine Cruce, sine Sacrificio, agant Pastores suaviter, ut istum abusum aboleant, sed ut reponatur funus in Ecclesiâ donec peractum sit Sacrificium, ac deindè esseratur ad sepulturam.

2. Curent Pastores abolere abusum, quo infantum baptizatorum cadavera ponuntur in Altari, ne oriatur error, quod proponantur aliis colenda vel adoranda.

3. Ut fonti baptismali in posterum non imponatur plus quam modicum salis ad aquæ conservationem a putrefactione, ubi necessarium est.

4. Ut Pastores apud Archipresbyterum suum curent adferre Sacrum Oleum statuto ad hoc die, & tunc cum aliquâ celebritate in suam Ecclesiam inferant, & statim fonti baptismali eadem Solemnitate immisceant, nullo verò modo differant donec veniat proles baptizanda.

5. Nequando infantes deferuntur ad Ecclesiam baptizandi, interim dum fiunt exorcismi cum suis cæremoniis Altari alicui imponantur, cum sint adhuc ethnici, sed in ingressu Ecclesiæ aut alio convenienti loco teneantur brachiis deferentis: cerei verò ardentis traditio, aliæque post Baptismum cæremoniæ in ipso fiant Baptisterio, & non in Altari aliquo distante, quia Altaria ad Sacrificium, non autem pro ejusmodi ministeriis consecrata sunt.

6. Declararunt sacri Concilii Tridentini interpretes, obligationem, quæ susceptoris incumbit, unâ cum cognitione in Baptismo nasci ex designatione parentum, & actuali vel sustentatione, vel notabili contactu in Baptismo, vel susceptione reali peracto Baptismo; undè cum sola Pastoris inscribentis voluntas ad hanc rem nihil faciat, debent Pastores diligen-

Inseratur  
ad annum  
1619.

ter interrogare, quinam a parentibus designati sint susceptores, & ex iis unum tantum, aut unum & unam ad officium patrini, seu ad tenendum vel suscipiendum baptizatum admittere, eosque in matriculam suam inscribere.

7. Cum passim post contracta sponsalia incontinenter vivant desponsati, Pastores tum publicè tum privatim contra istud peccatum instare debent, & denuntiare eos, quorum crimen est manifestum, ut puniantur, nec ad solemnisationem procedere mandante Episcopo vel Officiali, nisi pœnis suis satisfecerint, aut de satisfaciendo posuerint cautionem.

8. Puerperæ, quæ occurrente tempore paschali nondum sunt purificatæ, docendæ sunt a Pastoribus, ut, puerperio non obstante, domi suæ suscipiant sacram Eucharistiam, sicut aliæ personæ, quæ ob quemlibet alium defectum corporalem ad Templum venire non possunt.

9. Puerperæ, quæ ex fornicatione pepererunt, non debent admitti ad honorem publicæ purificationis juxta Pastorale.

10. Non est toleranda irreverentia Pastorum, qui suæ tantum commoditatis gratiâ SS. Eucharistiam ad infirmos delaturi eam corporali involutam sinui suo imponunt, & absque Custode, habitu pastorali & lumine procedunt, vel eandem penes se habentes diversoria vel seculares ædes comedendi vel bibendi aut negotiorum tractandorum gratiâ ingrediuntur sub pœnâ quatuor librarum Flandricarum & alias pro modo delicti arbitrariâ: necessitas tamen non habet legem.

11. Rudes homines, qui orationem dominicam, salutationem angelicam, symbolum Apostolorum &c. ignorant,

cum patientiâ & compassione a Pastore instrui debent. Si qui verbò addiscere recusent, aut sæpè moniti discere contempnunt, cum graviter peccent, suspendendi sunt ab Absolutione Sacramentali, aliisque Sacramentis arceendi donec actu didicerint.

12. Monendi sunt Pastores ad officium suum pertinere, ut animarum sibi commissarum salutem procurent, ideoque non debeant se excusare, quando id salus animarum requirit, ab officiis charitatis eo titulo, quod se dicant ad quædam ex fundatione non obligari; quia quid Pastor agere teneatur, non dependet ex fundatione sed ex Populi necessitate & qualitate, itaut nunc ad plura, nunc ad pauciora teneatur, prout salus animarum sibi commissarum exposulat.

13. Si Pastoris alicujus subditi velint contrahere matrimonium cum hæreticis, declarent hoc ipsis non licere juxta communem D. D. sententiam; si nihilominus in sententiâ perseverent, etiamsi pars hæretica consentiat contrahere coram Pastore, non det suum consensum, nec præsit solemnisationi talis matrimonii voluntariè: si tamen tentatis modis omnibus manifestum sit, quod vel coram hæreticorum Ministro contracturi sint, vel sine ullo contractu victuri sint in continuo concubinato, secundum nonnullorum Doctorum sententiam pati potest, ut coram se ac duobus testibus contractus fiat cum manifestâ significatione sibi negotium hoc displicere: sed ut solemniter id fiat cum consuetâ Benedictione, nullo modo permittat.

14. Chrisma vetus, novo consecrato, honestè comburendum est, vel in lampade coram venerabili Sacramento vel alio modo, quia tamen à Consecratione omnes habere non possunt,



reservare possunt vetus, donec novum queant accipere, ut, si occurrat aliqua necessitas, interim veteri adhuc liceat uti, quod non licet extrâ necessitatem; quapropter non debent Pastores in profesto Paschæ veteri Chrismate fontem consecrare, sed disferre ejus impositionem, donec novum acceperint.

*STATUTA in congregatione Decanorum Ruræmundæ anno 1623. die 11. 7bris.*

Inseratur ad annum 1623.

1. Non permittantur rusticorum suppellectilia deferri ad chorum, sed servetur ille liber similiter & Altaria: nec sic occupetur Ecclesia suppellectilibus, quin relinquatur liber transitus.

2. Nullus permittatur seorsim sibi in Ecclesiâ facere cameras ad sua suppellectilia recludenda.

3. Agant Decani cum Officiario seculari, ut, ubi multus Populus est, non permittatur ditioribus omnia loca occupare, seclusis pauperioribus, sed adlaboretur, ut, exclusis vilibus rebus, ea tantum quæ pretiosiora sunt ibi arcis includantur.

4. Vasa & cistæ vacuæ ab Ecclesiis ablegentur, sicut & scetentia & bestia, quæ fordidam reddunt Ecclesiam, & gallinæ, quæ divinum turbant Officium, ut quantum necessitas patitur commodè fiat.

5. Non permittantur quoque saltem conjugati simul in Ecclesiâ dormire, sed si necessitas omnimodè compellat rusticos in Ecclesiâ pernoctare, maneant seorsim viri & seorsim feminae.

6. Mandatur Decanis, ut exigant a singulis suis subditis Pastoribus

aut Sacerdotibus documentum intrâ certum tempus, quod singulis saltem mensibus confiteantur.

7. In puniendis delictis missi fori, ubi Decani prævenerint secularem Officiarium, procedant ipsi, etiam contradicente Officiario, contra reum; & si postea Officiarius neget executionem pœnæ, vel compellant reum per suspensionem a Sacramentis tamquam contumacem peccatorem: vel, si opere pretium est, remittatur causa ad iudicium episcopale, ut Officiarius legitimè requisitus, si neget assistentiam, possit vel accusari vel puniri.

*ACTA ET RESOLUTA in congregatione Decanorum Diœcesis Ruræmundensis per R.™m Domin. Episcopum habita 13. Septembris anno 1627.*

Inseratur ad annum 1627.

Ut de die & nocte in Ecclesiis antè Venerabile Sacramentum, ubi commodè fieri potest, sit lumen.

Ut revideantur omnes incorporationes Beneficiorum in proximâ visitatione Decanorum.

Si Beneficiatus aliquis prætendat reductionem aliquarum Missarum, ad quas ex fundatione obligatus est, ut doceat quâ autoritate hoc factum.

Agendum, ut fiant Missæ in Altaribus ubi fundatæ sunt si fieri potest, si verò fieri non possit propter impedimenta aliqua opposita, agendum, ut per Officiarios seculares, aut alio modo impedimenta tollantur, aliàs tolerandum, ut fiant in Altari decentiori.

Inquirendum in singulis Ecclesiis quis ad Altarium Ornamenta tenea-

tur, & cætera ad celebrandum necessaria, an fabrica Ecclesiæ, an Altarium Rectores.

Ut habeatur ratio absentium Beneficiatorum & cogantur solvere jura absentiæ, & ut hoc fieri possit commodius, habeatur in unoquoque Decanatu liber, in quo proximâ visitatione Decani describant singularem Ecclesiarum Beneficia & eorum Collatores, quæ onera habeant & quanti valeant, & qui in præsentiarum sint Rectores; item quæ ibidem sint fundata Officia, quibus oneribus gravata, qui præstant Officiorum provisionem, & quanti sint illorum proventus, & qui Officiantes, cum intimatione quod diutius jus ad Officia non habeant quam Officio fungantur.

Ne Vicarii plura suscipiant onera, quam possint explere.

Ut iterum jubeatur Pastoribus & Beneficiatis, ut reddituum suorum pertinentem declarationem tradant sub pœnâ perjurii, ac tamquam perjuri per Promotorem possint conveniri.

Ut Pastores moneant Mamburnes seu Ædiles fabricarum, ut redditus suarum fabricarum diligenter exigant, & si debitores refractarii sint, scribant Decanis, ut ipsi desuper implorent auxilium brachii secularis.

Ut custodes præstent juramentum fidelitatis.



## DECRETUM

*Reginaldi Cools septimi Ruramundensium et postea decimi Antverpiensium Episcopi de Administrando Sacramento Pœnitentiæ Peregrinis confluentibus in Kevelaer, locum imagine et cultu D. Virginis celebrem.*

**F**RATER Reginaldus, Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopus Ruramundensis, electus Antverpiensis &c. Omnibus has visuris salutem in Domino.

Inseratur  
ad annum  
1700.

Cum nihil adeo sanctum sit, quod non dæmonum fraudibus, ac hominum malitiâ violari videamus, hinc per præsentem obviare volumus variis abusibus, qui irrepperunt ratione peregrinorum in Kevelaer confluentium. Et ne locus ipse, Diœcesi nostræ pro animarum salute tam utilis ac nobis charus, per varia quæ ibidem fiunt mala, a Deo cum tempore deseratur, omnibus & singulis animarum zelatoribus, Curatoribus, ac Confessariis, tam Clericis quam Religiosis, eò confluentibus, tenore præsentium mandamus ac iniungimus

1. Ne quocumque prætextu, hominum concursu, &c. dimidient Confessiones.

2. Ut Pœnitentes exactius examinent circâ scitu necessaria, ac peccata statûs & officii.

3. Nullos cujuscumque statûs ac conditionis absolvant, qui in viâ, & quod pejus est, in ipso loco peccaverunt mortaliter, sive per ebrietatem,

sivè per attactus libidinosos, &c.

4. Nullos præcipua fidei mysteria ignorantes absolvant; præcipuè dum ignorantia orta est ex incuriâ salutis, vel ità hebetes sint, ut instrui tantillo tempore non valeant.

5. Item fures bonorum, vel honoris, & non restituentes, post fractam fidem.

6. Minimè itidem absolvant in occasione proximâ manentes, quam possunt & debent relinquere, & consequenter scandalosos, non reparantes scandala.

7. Consuetudinarios minimè absolvant.

8. Qui quotannis in *Kevelaer* confluunt, iisdem onusti peccatis mortalibus, eos non absolvant, sed instruant tales Pœnitentes, ut petant primò per Christi merita, & intercessionem beatissimæ Virginis Mariæ, cordis conversionem.

9. Sæpè ibidem Concionatores de mentionatis, aliisque abusibus agant, ac hospites sæpius admoneant, ne diversi sexûs personas, præcipuè juniores, mixtim ac catervatim in ædibus suis dormire sinant, quantum fieri poterit.

10. Vicissim populum frequenter admoneant, non debere quasi ex statâ lege omnes peregrinos communicare, sed peregrinationem subservire ut medium ad sese debitè præparandum.

11. Et ne unus sit ædificans & alter destruens, nullus Pœnitentem, justâ de causâ ab alio dimissum, absolvat.

12. Ne R. P. Superior facile concedat extraneis Confessariis, vel pro-

miscuè aliis, facultatem a reservatis.

13. Hæc puncta sæpè sæpius R. P. Superior pro tempore existens, maximè tempore confluctûs, suis ac omnibus Clericis ac Religiosis eò in adiutorium vocatis, vel cum Processionibus venientibus prælegant, ut non canibus, ac sancta sanctis administrant.

Datum *Ruræmundæ* in aulâ nostrâ episcopali, hæc 8. *Aprilis* 1700.

Erat signatum: *Fr. Reginaldus*,  
Episcopus *Ruræmundensis*,  
electus *Antverpiensis*.

## CONSTITUTIONES

*Et decreta quædam illustriss. ac reverendiss. Dom. Angeli, octavi Episcopi Ruræmundensis pro restaurandâ disciplinâ ecclesiasticâ, et corrigendis quibusdam abusibus, qui in diœcesim ejus irrepsérunt.*

**F**R. ANGELUS COMES D'ONGNYES (1)  
*Dei et Apostolicæ Sedis Gratiâ Episcopus Ruræmundensis, etc.* Universis & singulis Diœceseos nostræ Presbyteris & Clericis Salutem in Domino.

Anno  
1729.

Placitum fuit Divinæ Providentiæ Diœcesim hanc nostram, ab aliquibus annis, in varias discindere partes, &

(1) *Angelus* primo-genitus *Caroli Philippi d'Ongnyes* Comitissæ *d'Ursel*, Com. S. Rom. Imperii, natus est *Bruxellis* 18. Decembris 1650. assumpsit habitum F. F. Minorum Capucinatorum *Lovanii* 16.

diversorum Principum, etiam Aca-  
tholicorum, Dominio subicere: sed  
infinitas eidem debemus gratias, quod  
ubique, in Oppidis & Pagis à sua  
Cæs. & Cath. Majestate celsis, so-  
lemnibus pacis conditionibus, serva-  
tum nobis sit publicum & liberum  
exercitium avitæ Catholicæ Apostolicæ  
Romanæ Religionis nostræ, quo sine  
ullâ perturbatione, prout sub Regibus  
Hispaniæ G. M., frui potestis.

Hinc summo animi nostri mœore  
animadvertimus, nonnullos ex vobis,  
mutatis hisce temporibus, habitum  
quoque, moresque suos ita mutare,  
ut videantur erubescere Evangelium,  
& Characteris sui immemores, alios,  
quamvis paucos, de supremo Principe  
suo, sub quo vivunt, ita sentire, quasi  
eidem, ob disparitatem cultûs, boni  
Civis officium negari possit.

Exigit ergo muneris nostri pasto-  
ralis ratio, ut hisce abusibus remedia  
opportuna adferamus, eaque quæ SS.  
Canones, Concilium Tridentinum,

Synodi Provinciæ hujus Mechlinens.  
& Prædecessores nostri desuper salu-  
berrimè sanxerunt, quantum modò  
fieri potest, in usum revocemus, vos  
etiam officii vestri ergà Principes, sub  
quibus degitis, commonefaciamus.

Memores estote Divinæ Legis, quæ  
Principibus obediendum præcipit non  
tantum propter iram, sed etiam prop-  
ter conscientiam: Scitote Ecclesiam  
Catholicam, ab apostolicis usque tem-  
poribus, Christi ipsius oraculo edoc-  
tam, morem usurpasse reddendi Cæ-  
sari, quæ Cæsaris sunt, & pro Princi-  
pum suorum salute ac felicitate vota  
faciendi. Nunquam de illis loquimini,  
nisi benè & reverenter; monent enim  
Nos sacra Litteræ in secreto cubili  
tuo ne maledixeris Principi. Si quis  
in hoc ex vobis delinquat, noverit  
imprudentiam ejus non tantum multâ  
pecuniariâ, sed & pœnis canonicis  
plectendam.

Ingressum Tabernarum potitandi,  
crapulandi, vel confabulandi causâ,

Decembris 1668. eamdem professus regulam anno subsequente 1669. eadem die.  
Factus deindè Concionator regius in Burgundiæ & Castellæ Capellis 5 Decembris  
1685. Ab Hispaniarum Rege nominatus ad Episcopatum Ruræmundensem 28.  
Februarii 1701. a Clemente XI. 21. Novembris ejusdem anni Confirmatur, &  
captâ per Procuratorem possessione 27. Decembris ejusdem anni, Kalendis Ja-  
nuarii 1702. ab Illustriss. & Reverendiss. D. Archiepiscopo Mechliniensi, assisten-  
tibus Episcopis Antverpiensi, Brugensi & Gandavensi, in Templo FF. Capuci-  
norum Brux. solemniter Consecratur, & 19. Februarii sequentis Residentiæ suæ  
Civitatem Ruræmundensem ingressus, cum maximâ solemnitate excipitur: fuit  
etiam Canonicus Collegiæ B. M. Thorensis. vixit annis LXXII. sedit ann. XXI.  
Moritur Brux. 9. Aprilis 1722. Profess. Rel. 52. Sepultus in Cathedrali suo sub  
hoc Epitaphio

D. O. M.

Hic jacet

Frater Angelus

Comes d'Ongnyes & d'Estrées,

ex primo genito stirpis suæ

humilis Capucinus,

indè octavus Episcopus Ruræmundensis

&

Canonicus Capitularis Thorensis.

obiit die 9 mensis Aprilis Anno MDCCXXII.

R. I. P.

Symbolum Familiæ: *Nescha sordis.*

quem SS. Canones severissimè semper vetuerunt Clericis, tum ne vitium ebrietatis incurrant, tum ne, se miscendo Laicis compotantibus, vilescat ministerii ecclesiastici Dignitas, speciali decreto 10. Feb. 1708. inhibuimus omnibus Diœceseos nostræ Pastoribus, Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis, sub pœnâ contrâ delinquentes pro primâ vice unius libræ flandricæ, pro secundâ duarum similium librarum, & in casum recidivæ arbitrariâ pro quantitate & qualitate delicti: Clericis autem, atque aliis in inferioribus ordinibus existentibus, aut ad statum ecclesiasticum aspirantibus, sub pœnâ amittendæ omnis spei promotionis ulterioris.

Inhibitionem hanc per præsentem, quatenus opus, renovamus & confirmamus: cumque audierimus illam sæpissimè elusam sub specie consultationis jurisperitorum, componendarum litium, habitationis, vel quod in tali loco emptitiâ fruantur mensâ, declaramus nullam hujusmodi, aut similem excusationem pro legitimâ à Nobis deinceps admittendam, & solos excipiendos itinerantes pro minori quo fieri potest tempore.

Pensate Ven. Fratres, Dilecti Filii, quam de vobis æstimationem habituri sint ii, qui fidei nostræ adversantur, si quemquam vestrûm potitare, ludere, & commensationibus ac ebrietatibus deditum vident. Ipsa indè pateretur Sancta Religio nostra, nam quemadmodum dissoluta Clericorum vita pernitiei occasionem à duobus circiter seculis præbuit eis, qui se tunc ab Ecclesiâ separarunt, itâ modò illos in opinionibus suis obduraret.

Itaque vos exhibete dignos Ministros Christi, Operarios inconfusibiles, rectè tractantes & exequentes verbum veritatis, ut etiam ii, qui ex

adverso sunt, & quos inter dispositione divina vivitis, vereantur, nihil habentes dicere mali de vobis.

Tametsi Virtutes Christianæ magis in interiori cordis, quam exteriori ostentatione consistant, & habitus non faciat Monachum, oportet tamen juxtâ Trid. sess. 14. cap. 6. de Reform. Clericos vestes proprio congruentes ordini semper deferre, ut per decetiam habitûs extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendant.

Hinc intolerabilis jam ab aliquo tempore Nobis visa fuit quorundam temeritas, qui quasi immemores sui statûs, & Regalis, ut ab Apostolo vocatur, Sacerdotii, itâ vestiti incedunt, ut à Secularibus discerni non possint.

Proptereâ inhærentes SS. Canonibus, altetato œcumenico Concilio, Synodis hujus Provinciæ Mechliniensis, & statutis Prædecessorum nostrorum autoritate nostrâ ordinariâ vel aliâ à SS. Canonibus, aut eodem Conc. Trid. Nobis attributa, omnibus Ecclesiasticis Diœcesis nostræ, aut etiam alterius si in hac nostra resideant, qui vel in Sacris fuerint, aut Dignitates, Officia, sive Beneficia qualiacumque ecclesiastica obtinuerint, sequentia præscribimus.

Nullas impostero gestent vestes, etiam Pallium alterius quam nigri coloris, nequidem in itinere.

Vestes hæ non sint Laicorum more compositæ; superior sit Tunica ecclesiastica à laicali distincta, si non omninò talâris, saltem ultrâ genua promissa vulgò *Soutanelle*, sinè largis manicis, cum parvis globulis & absque peris.

In ecclesiasticis functionibus, prædicando Verbo Dei, Confessionibus excipiendis, aut quibuscumque Sacramentis administrandis, Missam cele-

brando, aut Choro assistendo, semper sint induti habitu talâri, vel saltem choralis vulgò *alleluia*.

Optamus vehementer, & in Domino adhortamur omnes, ut eundem habitum talârem in loco residentiae suae tam Ruri, quam in Oppidis semper gestent, & singulari favore & amore prosequemur omnes illos, qui huic iusto desiderio nostro satisfaciant.

Si tamen ob pluviam, sordes Pagorum, vel etiam Oppidorum, in quibus degunt, aliamve similem causam in habitu magis succincto incedere velint, præcipimus, ut id tùm fiat in habitu supra-descripto, & nunquam, saltem in Oppidis, sinè Pallio, etiam sub prætextu honestae ambulationis, quam in circuitu illorum instituire vellent.

Comas oblongas Ecclesiasticis interdiciamus, Coronam in vertice capitis semper gestent conspicuam, & ordini suo congruentem. Corona Presbyterorum habeat magnitudinem hostiae celebrantis, Diaconorum unius imperialis, Subdiaconorum dimidii, quas singulis octo diebus radi curent.

Illi quibus de consilio Medicorum ob infirmitatem usum capillitii ficti indulsumus, attendant diligenter, ut illud ita sit compositum, ut à Capillitiis Laicorum omninò discerni possit; signum quoque Coronae conspicuum & ordini suo congruum nunquam omittant, sciantque præterea, hanc indulgentiam, quam ipsis contra præscriptum SS. Canonum dedimus, cessante necessitate cessare, quo super ipsorum conscientiam & Medicorum oneramus.

Castia seu collaria Laicorum vulgò *Crawate* strictè prohibemus, gestent ubique ecclesiastica, etiam in itinere.

Hisce ordinationibus nostris quoad habitum etiam se conformabunt

Theologi omnes, qui ad Sacros Ordines proximè aspirant, aliàs sinè ullâ dissimulatione reiiciendi.

Solos excipimus Missionarios, vel eos, qui degunt in locis, ubi publicum Religionis nostrae exercitium non toleratur: hi tamen ibidem ita se gerant, ut eorum moribus, verbis, habituque modesto per omnia glorificetur Deus.

Nolumus etiam derogare colori vestitûs: Canonicorum Cathedralis Ecclesiae nostrae, si quem ab aliis distinctum jure, aut approbatâ consuetudine habere possint. Speramus tamen & confidimus in Domino, illos uti Fratres & Consiliarios nostros statutis hisce quoad cætera in omnibus se conformaturos, ut alii ex illis exemplum sumere valeant.

Et quoniam quorundam Ecclesiasticorum Dioecesis nostrae paupertas nimium Nobis, pro dolor! nota est, concedimus omnibus ad terendas praesentes quas habent vestes & comparandas alias sex menses à publicatione harum inchoandas.

Si quis post illud tempus in Officio Divino, Sacrificio, aut aliis Ecclesiasticis Functionibus repertus fuerit sinè habitu talâri seu choralis, vel extra Ecclesiam in platea seu viis publicis sinè supra-scriptâ tunicâ minori vulgò *Soutanelle*, pro primâ vice incurret poenam uniuslibrae flandricae, duarum pro secunda, & arbitrariam pro tertiâ, etiam suspensionem à Divinis.

Easdem poenas simili modo incurret, qui post quindenam à publicatione harum repertus fuerit sinè Collari ecclesiastico, aut etiam sinè Coronâ in vertice capitis conspicuâ & ordini suo congruente, vel saltem signo illius, si de licentiâ nostrâ ob infirmitatem Capillitio ficto utatur.

Similiter ille, qui post eandem quin-

denam in Oppidis incedet finè Pallio, nisi aliundè advenerit, vel ad locum tendere debeat, qui ab Oppido distabit integrâ horâ itineris.

Inhærentes Decreto SS Concilii Trid. sess. 22. *de observandis et evitandis in celebratione Missæ*, necnon statutis Prædecessorum nostrorum, prohibemus iterum omnibus Pastoribus & Ecclesiarum Rectoribus, aliisque ad quos id spectat, sub pœnâ arbitrariâ contrâ ipsos statuend, ne quemquam Sacerdotem vagum, vel ignotum in suis respectivè Ecclesiis Missam celebrare patiantur, nisi prius exhibitis fidem facientibus de legitimâ ordinatione litteris testimonialibus, & si ultrâ triduum ibidem subsistat, obtentâ à Nobis, vel illius Districtûs Decano rurali in scriptis licentiâ.

Renovamus etiam, & hic pro infertis haberi volumus cætera, quæ in Pastoralis nostro fol. 75. & seqq. de Sacrificio Missæ, & de exponendo ac in Processionibus circumgestando Sacræ Eucharistiæ Sacramento statuimus.

Scandalosum omninò est, & prorsus contra Ritus ac Cæremonias Ecclesiæ, in Missâ cantandâ pro libitu absumere seu truncare Epistolam, Evangelium, Præfationem vel Orationem Dominicam: proindè ne illud impostertum fiat, sub pœnâ quatuor librarum flandricarum, & insuper suspensionis à Divinis strictissimè inhibemus.

Vetamus etiam Pastoribus & Ecclesiarum Parochialium Deservitoribus, ne quis eorum deinceps, vel unâ nocte, à Parochiâ suâ absit, nisi indicaverit Custodi, quis occurrente necessitate ipsius functurus sit Officio: nunquam verò absint per integram septimanam, nisi obtentâ licentiâ saltem à Decano, quàm, si pro quindè postulent, Nobis reservamus. Si

quis in hisce negligens fuerit, incurret pœnam quatuor librarum flandricarum, & arbitrariam, si Parochianorum aliquis ex ejusmodi absentia grave detrimentum spirituale patiatur.

Observantia diei Dominicæ & Festorum in Populo, quæ ab Ecclesiasticis verbo & exemplo fidelibus inculcari deberet, ab aliquibus eorum ita negligitur, ut postquam celebraverint, aut Sacrum audierint, toto illo die in Ecclesiâ non amplius videantur.

Ut itaque Cultus Divinus augeatur, Officium ejus majori splendore celebretur, ædificetur Populus, & numerus Laudantium Dominum multiplicetur, Volumus & Mandamus omnibus Presbyteris, Diaconis & Subdiaconis Diœcesis nostræ, aut etiam alterius in hâc nostrâ residentibus, quamvis ex Fundatione Beneficii sui ad Chorum non teneantur, ut singulis Dominicis, & Festivis in Populo in Ecclesiâ Parochiali residentia suæ cantando assistant summo Sacro & parvis horis, quæ immediatè antè vel post illud fiunt, necnon post prandium Vesperis & Laudibus. Quod post sex menses à publicatione harum induti habitu talâri & superpelliceo facere tenebuntur.

Si quis sinè legitimâ excusatione (quam tempestivè facere tenebitur Admodùm Reverendo Domino Decano Cathedralis Ecclesiæ, & in ejus absentia Hebdomadario, si in hâc Civitate resideat, alibi verò Domino Pastori suo) duobus consequenter vicibus absuerit, incurret pœnam unius libræ flandricæ, quæ mulcta, uti & supradictæ omnes per Nos ad pios usus applicabuntur.

Desiderandum foret quam maximè, ut omnes omninò Pastoratus ita forent dotati, ut accidentalibus seu Juribus Stola, ut vocant. non indi-

gèrent : sed quoniam hoc fieri non posse dolenter reperimus, & Juris Divini fit, ut illi, qui Altari serviunt, de Altari vivant, renovamus per præfentes & confirmamus Statuta Ill<sup>mi</sup> ac Reverend<sup>mi</sup> Domini Andreæ P. M. Prædecessoris nostri de 23. Septembris 1652.

Cum tamen in vifitationibus Diœcesis noſtræ cum lachrimis audierimus, tantam quorundam eſſe avaritiam, ut ægroti de die in die differant Corporis Dominici & extremæ Unctionis Sacramenta percipere, ut ita evitent retributionem Presbytero juxta præmiſſa Statuta dandam, huic malo graviffimo quantocyus, omni meliori modo, medendum duximus. Debitores enim fumus ſapientibus & inſipientibus.

Quapropter inhibemus omnibus Paſtoribus & Vice-paſtoribus, ne impoſterum aliquid exigant pro adminiſtratione duorum prædictorum Sacramentorum.

Miferi nihilominus indigentia quorundam, qui ex Juribus Stolæ pro maxima parte ſuſtentantur, jura ſepulturæ augemus uno ſolido pro Paſtore, & medio pro Cuſtode, quod etiam locum habebit in iis, qui extrâ Parochialem ſepelientur.

Hæc ſunt, Ven. Fratres, Dilecti Filii, quæ Paſtoralis ſollicitudo noſtra vobis hiſce temporibus præſcribenda duxit. Reſtat etiamnum, ut vos paucis ex S. Con. Trid. adhortemur. Vitam moresque veſtros ita impoſterum componite, ut habitu, geſtu, inceſſu, ſermone cunctiſque negotiis veſtris niſi niſi grave, moderatum ac Religionem plenum præ vobis feratis, levia etiam delicta, quæ in vobis maxima eſſent, effugite, ut actiones veſtræ cunctis afferant venerationem. Nihil etenim eſt, quod alios magis ad Pieta-

tem & Dei Cultum aſſiduè inſtruat quam eorum vita & exemplum, qui ſe Divino Miniſterio dedicaverunt; quippè cum à rebus ſeculi in altiorem ſublato locum conſpiciantur, in eos tamquam ſpeculum reliqui oculos conjiciunt, ex iis que ſumunt, quod imitentur.

Vos inſuper Decanos rurales, quos in partem ſollicitudinis noſtræ elegimus, & demùm omnes, quos zelus diſciplinæ eccleſiaſticæ accendit, per Deum obteſtamur, ut executioni præmiſſorum quæ de conſilio AA. RR. DD. Decani & Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ noſtræ pro reſtaurandâ diſciplinâ eccleſiaſticâ & corrigendis quibusdam abuſibus, qui in Diœceſim hanc irreperunt, ex debito Paſtoralis officii noſtri ſtatuiſſimus & decreviſſimus, Nobiſcum invigiletis.

Et ut delinquentes impuniti non maneant, renovamus *Mandatum decimum tituli primi* ſtatutorum Curiarum Eccleſiaſticarum hujus Provinciæ Mechlinienſis, & præcipimus in virtute S. obediendiæ omnibus Curatis, ut illorum nomina & exceſſus, ſaltem per occultas litteras, unâ cum ratione, quâ Promotor ſeſe poterit informare, Decanis ſuis denuncient; Decanis autem, ut de omnibus, quæ præmiſſo, aut alio modo ad notitiam illorum pervenient, Nos ipſos, vel Officialem, & Promotorem noſtrum certiores faciant, quibus injungimus, ut contra hujusmodi, omni diſſimulatione aut favore remotis, ſuo fungantur officio.

Ne verò ignorantia causa ab ullo unquam prætexi queat, præcipimus prædictis Decanis, ut exemplaria harum conſtitutionum ſuis in Diſtrictibus cum Paſtoribus, & per illos cum cæteris Presbyteris & Beneficiatis aliisque ad quos ſpectant, more ſolito



quantocyus communicent, qui Pastores simul curam gerant, ut unum illorum in Sacristiis suis pro omnium etiam extraneorum notitiâ semper asservetur. Datum Ruræmundæ in Aula nostra Episcopali hâc 9. Aprilis 1720.

Signatum erat: ✠ *F. Angelus Episcopus Ruræm. Locus* (✠) Sigilli

Infrâ : *De Mandato Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini mei*

J. F. DISPA Secret.

Huic Episcopo successit Illustriss. ac Reverendiss. *D. Franciscus Ludovicus Sanguessa* Mechliniensis, natione Hispanus, qui 3. Augusti 1682. assumpsit habitum Fratrum minorum Recollectorum in Conventu Lovaniensi, in quo 20. Octobris 1687. primum Deo Sacrificium obtulit, & post varia munia 20. Augusti 1717. in eodem Conventu eligitur Minister Provincialis Germaniæ inferioris; triennio quasi expleto, a *Carolo VI.* Romanorum Imperatore Rege Catholico nominatus Coadjutor, 12. Augusti 1721. in Cathedrali Ruræmundensi Consecratur Episcopus Uticensis in partibus infidelium per ipsum Prædecessorem Episc. Fr. Angelum d'Ongnyes, assistentibus Petro Josepho Franken-Sierstorff Episc. Antverpiensi & Ludovico Franciscio Rosio de Liboy, Thermopolensi, suffraganeo, Vicario generali, Archidiacono & Canonico Leodiensi.

Eadem solemnitate inaugurabatur ibidem Vincentius Santinus, prius Bruxellis Internuncius, tunc Archiepiscopus Trapezuntinus ac Nuncius Apostolicus ad Tractum Rheni; inde ad Regnum Poloniæ &c.

Doctrinâ ac meritis probatus è Coadjutore nonus Episcopus Ruræmundensis, plurima passus est in pacendis ovibus, Buscoducensis sedis etiam Vicarius Apostolicus designatus, sed sine effectu, obfistentibus Batavis. vixit ann. LXXIX. in Religione segraphicâ LVIII. Sacerdotii LIV. Dignitatis Episcopalis XX. vitâ functus est Ruræmundæ ann. 1741. postridiè anniversarii Consecrationis suæ, 11. Augusti: sepultus in Cathedrali juxtâ Prædecessorem sub hoc Monumento:

D. O. M.

Hic jacet

Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus Fr. Franciscus Ludovicus Sanguessa Mechliniensis, ex Ordine Fratrum Minorum Recollectorum nonus Ruræmundensium Episcopus, Primas Geldriæ. Obiit 11. Augusti Anno 1741. ætatis 79. R. I. P.

Lemma. *Ascende fortiter, Descende suaviter*

*Joannes Baptista Hony* Bruxellensis, inter Philosophos Tertius primæ lineæ in Universitate Lovaniensi renuntiat, ibidem J. U. D. creatus est die 13. Octobris 1722. sacrorum Canonum Professor ac Præses Collegii Regii, in magno Consilio Mechlin. libellorum supplicum magister & consiliarius ecclesiasticus constituitur die 7. Decembris 1731. Nominatur ab augustissimâ Imperatrice ac Regina Mariâ Theresiâ ad Insulas Ruræmundenses Mense Januario 1742. a quibus mox sese excusavit. Non multò post in ipso conessu fenatûs apoplexiâ tactus in patriam recessit, retento titulo & censu Senatoris: obiitque Bruxellis post languidam vitam die 19. Februarii 1765. sepultus in Æde primariâ SS. Michaëlis & Gudilæ.

Y

*Gisbertus Josephus Hagen* Gelder, Venlonæ 25. Aprilis 1689. natus, Lovanii Philosophiæ Professor, deinde in Seminario Antverpiensi Lector: rursum Lovanii Professor Catecheseos ac linguæ hebraicæ, necnon Collegii Malderiani Præses & Canonicus S. Petri, S. T. L. (ad Doctoratum provehendus ni obstitissent morbi) Mense Martio 1742. nominatur ad Episcopatum Ruræmundensem per Comitem ab Harrach Belgii Governatorem, sed eundem humiliter recusando Diploma Regiæ Majestatis prævenit Vixit ann. LX. Moritur Lov. in Collegio suo 2. Juny 1750. sepultus in Cœmeterio Parochiæ S. Michaëlis.

Lemma. *Stabilis sub instabili.*

*Joannes-Baptista Ludovicus de Castillion* natus est Bruxellis 22. Septembris 1680. Protonotarius Apostolicus, per litteras regias de datâ 18. Decembris 1713. Præposituram Sæ Pharaïdis Gandavi adeptus est, ductusque in Possessionem 3. Januarii 1714. *Philippi Erardi* Episcopi Gandavenfis Vicarius Generalis, ad nominationem Imperatricis ac Regiæ *Mariæ Theresiæ* Bullas Apostolicas a Benedicto XIV. summo Pontifice pro Ruræmundensi Episcopatu obtinuit 24. Septembris 1742., sed antè Consecrationem no-

vas Bullas Apostolicas pro vacante Ecclesia Brugensi 20. Martii 1743. impetravit, quibus mediantibus Consecratur Mechliniæ in Æde Metropolitana 14. July 1743 per Eminentiss. Dominum Card. Afsiatum Archiepiscopum, assistentibus Maximiliano Antonio Van der Noot Gandensi & Guilielmo Philippo de Herzelles Antverpiensi Episcopis. Vixit ann. LXXIII. sedit ann. X. Decessit 26. Juny 1753. sepultus Brugis in Choro Cathedralis S. Donatiani.

Lemma. *Comite Candore.*

Vitam ejus breviter descriptam idiomate flandrico exhibet liber: *Beschryving der Heerlykhede en Lande van den Prooffsche.* etc. fol. 286. & seq.

---



---

## DECRETUM

*Illustriss. ac Reverendiss. Dom. J. A. F. Werbrouck* (1) decimi Ruræmundensium Episcopi contra Presbyteros et Clericos exorcisantes sine licentiâ Ordinarii. etc.

---

(1) *Josephus Anselmus Franciscus Werbrouck* Iprensis, natus 10. Octobris 1692. Canonicus graduatus de membro Morinorum & Cantor Cathedralis Iprensis. 15. Octobris 1742. per Reginam Hungariæ nominatur ad Episcopatum Ruræmundensem. 29. Septembris 1743. inauguratus in Cathedrali Iprensi per Illustriss. ac Reverendiss. Dom. G. Delvaux seniore Proviciæ Mechliniensis Antistitem suffraganeum, coadjutantibus Gandavenfi ac Brugensi Episcopis eodem anno Mechliniæ Consecratis. Calendis Januarii 1744. Ruræmundam ingreditur: indè ann. 1746. Antverpiam translatus, ibidem 24. Decembris 1747. ipsâ nocte antè Nativitatem Domini abreptus est ann. ætat. LV. Sedit Ruræmundæ ann. II. cum dimidio: Antverpiæ Mensibus XVII. appositus ad Prædecessores.

Lemma. *Fortiter et suaviter.*

Josephus Anselmus Franciscus Dei et  
Apostolicæ Sedis Gratiâ Episcopus Ru-  
ræmundensis, Primas Geldriæ. etc. etc.

Anno  
1745.

Universo Diœcesis nostræ Clero tam Seculari  
quam Regulari salutem in Domino.

1. Jois. c.  
3. § 8.

Quamvis in hoc apparuit Filius Dei,  
ut dissolvat opera Diaboli, & Draco ille  
magnus, serpens antiquus, qui vocatur  
Diabolus, et satanas, qui seducit uni-  
versum orbem, sanguine & virtute Agni  
immaculati projectus est, et missus in  
stagnum ignis; homines tamen ab hoc  
humani generis hoste, qui tamquam  
leo rugiens circuit, quærens quem de-  
voret, Deo sic permittente, nonnum-  
quam infestari, obsidèri & cruciari  
præter experientiam ipsæ satis testan-  
tur sacræ litteræ, ut nec frustra data  
censeatur Ecclesiæ a Christo Potestas  
ejiciendi Dæmonem è corporibus ho-  
minum, ejusque vim noxam reprimendi  
juxtà illud: *Ecce dedi vobis  
potestatem calcandi supra serpentes et  
scorpiones et super omnem virtutem ini-  
mici*: undè perantiquum Ecclesiæ riu-  
tum adhibendi exorcismos probat  
exorcistarum in Ecclesia usitata Or-  
dinatio, quibus in ipsa Ordinatione  
liber traditur exorcismorum, uti jam  
pridem traditum fuisse colligitur ex  
Concilio Carthaginensi IV.

2. ad Co-  
rinth. c.  
11. § 14.

Quoniam verò *Satanas transfigurans  
se in Angelum lucis* superstitionis sæpè  
credulitate rudes præsertim animos  
vulgi, naturâ magis ad superstitionem  
proni, non tantùm eludit, sed ipsos  
etiam Ecclesiæ Ministros vel impe-  
ritiâ vel cupiditate quâdam ad foven-  
dam hujusmodi superstitionem, veræ  
pietatis falsam imitatricem, inducit  
& excitat; hinc potestatem hanc exor-  
cisandi, aliosque Ecclesiæ Ritus & Be-  
nedictiones hodièdum tam infeliciter

usurpari, sæpè nimis compertum est,  
non secus ac olim de filiis Scevæ, qui,  
temerariè tentantes exorcisare, nudè  
et vulnerati effugerunt à Dæmonio; ita  
ut, pro eo quod spiritus immundi è  
corporibus hominum essent pellendi,  
è contrâ *dominentur amborum*, & tam  
eorum quam exorcistarum animas mi-  
serabilius invadant, ac laqueo penè  
inextricabili frequenter involvant, quo  
*novissima hominis fiant pejora prioribus*.

Ag. c.  
19. § 16.

Ad occurrendum igitur tot et tan-  
tis abusibus, quibus Populus Diaboli  
traditur illusionibus, iniquis fovetur  
suspicionibus, & temerariis ergà ho-  
mines sæpè innoxios judiciis detinetur  
cum gravi injuriâ proximi & suarum  
animarum detrimento, salubriter in  
multis Belgii Synodis statutum est,  
ne quis, tametsi Ordinem Exorcista-  
rum, imò Sacerdotii, fuisseperit, exor-  
cisare possit, nisi specialem ab Ordi-  
nario habeat licentiam in scriptis ex-  
pressam: addit & Pastorale nostrum  
pœnam contrâ prævaricatores pro ra-  
tione delicti arbitrariam.

Luc. c.  
11. § 26.

Sed quia dolenter animadvertimus,  
nonnullos iniquitatis Ministros, quos  
idem Pastorale meritò Tenebriones  
vocat, cum plerumque lucem oderint,  
iis non obstantibus Officium exorci-  
sandi sibi audacter arrogare & impu-  
dentiùs exequi, satis existimantes si  
clanculò factitent, quo comminatum  
evadant pœnam; efficacius huic malo  
præscribere remedium necesse visum  
fuit: itaque juxtà resolutionem nos-  
tram in congregatione Archipresby-  
terorum nuper propositam & appro-  
batam tenore præsentium revocandi  
omnem licentiam utendi Exorcismis  
aliisve Benedictionibus hætenùs cui-  
quam concessam omnibus Presbyteris  
& Clericis tum secularibus tum regu-  
laribus cujusvis ordinis & instituti  
distriçtè prohibemus & interdicimus,

ne per Diœcesim nostram Exorcismos, Benedictiones, Ritus aut Cœremonias qualescumque, etiam per modum Precum, contra maleficia, morbos aliaque mala sive hominum sive animalium aut eò pertinentium sine speciali nostrâ licentiâ ad id in scriptis obtentâ adhibere præsumant sub pœnâ suspensionis a Divinis & revocationis omnium admissionum a contravenientibus ipso facto respectivè incurrendâ.

Declarantes insuper, Pastorem aut vices illius gerentem, qui vel sciens vel culpabiliter ignorans ejusmodi Exorcistis prædictâ nostrâ licentiâ non munitis indulerit, & Exorcismos, Benedictiones, Ritus aut Cœremonias qualescumque etiam per modum Precum in Parochia sua fieri permiserit aut non impediverit, tamquam complicem similiter ipso facto fore suspensum.

Ut autem nostræ hujus ordinationis & annexæ censuræ nemo velamen prætexat ignorantie, Mandamus omnibus & singulis Parochis exemplar ejusmodi a Decanis nostris cuique mittendum in sacristiis aut vestiariis suis ad omnium noticiam publicè ex-

poni & diligenter asservari. Datum in Palatio nostro episcopali Ruræmundæ hâc 20. July 1745.

Erat signatum : ✠ *Josephus* Episcopus Ruræmundensis.

Infrâ : De Mandato Illustriss. ac Reverendiss. Domini mei Episcopi

*F. H. J. Werbrouck* secret.

## DECRETA

*Illustriss. ac Reverendiss. Dom. Joannis Antonii (1) undecimi Episcopi Ruræmundensis. etc. I. Prohibens frequentationem tabernarum Clericis. II. Determinans dies examinis Ordinandorum in quatuor anni temporibus, et III. Quoad distributionem SS. Communionis in Kevelaer, durante Peregrinorum concursu. etc.*

*Baptizatus in Lubicolai*  
(1) *Joannes Antonius de Robiano* Bruxellis 20 Augusti 1698. nobili Prosapia ortus est. Ann. 1727. fit Pastor in *Itterbeek*, & statim transfertur ad Pastoratum de *Leefdael* in Diœc. Mechlin: S. T. Licentiati titulo decoratur in Universitate Lovaniensi 27. Augusti 1732. exindè in Ecclesia Metropolitana Mechlin. electus Canonicus graduatus nobilis, ejusdem Præbendæ possessionem adiit 21. Februarii 1738. insuper per litteras Eminentiss. ac Reverendiss. Dom. Card. Archiep. è cella sua in Conclavi ad S. Petrum Romæ datas 4. Augusti 1740. promotus est ad Dignitatem Pœnitentiarii: fuit quoque Examinator Synodalis, & amplæ foundationis *Arnoldi Vermeulen*, defuncti ann. 1744. Provisor. Ann. 1745. ab Imperatrice & Regina Maria Theresia ad Episcopatum Ruræmundensem Nominatus, & ann. sequenti Confirmatus, cum propter bellicos tumultus instantemque Civitatis Mechliniensis crysin neque in Metropolitana, neque ab Archiepiscopo suo Card. munus Consecrationis commodè suscipere posset, Mechlinia discedens, 23. May 1746. Præbendam antefatam deseruit, & Colonia Agrippinæ Consecratus est 12. Juny 1746. per Excellentiss. ac Illustriss. D. Hieronymum Spinulam Archiep. Laodicensem

Joannes Antonius Dei et Apostolicæ sedis gratiâ Episcopus Ruræmundensis, Primas Geldriæ. etc.

Omnibus Diœcesis nostræ Presbyteris et Clericis salutem in Domino.

Anno  
1748.

Inter plurima ad ecclesiastici ordinis decorem a sacris Canonibus salubriter sancita & præscripta, ea potissimum, quæ Ministrorum Altaris conversationis honestatem concernunt, omni loco & tempore religiose observari oportet: monentur enim professione nominis, ut a sæculi moribus segregentur, qui in sortem Domini vocati aliis vitæ exempla præbere obligantur.

Optandum esset, ut quæ conformiter SS. Canonibus ad restaurandam in hæc Diœcesi ecclesiasticam disciplinam, a Prædecessoribus nostris, signanter ab Illustr. D. Angelod' Ongnyes, decreta & statuta sunt, usque in hodiernum diem exactè & inviolabiliter ab omnibus observata fuissent; verùm cum non sinè animi dolore tam pias Prædecessorum nostrorum ordinationes a pluribus earumdem

prævaricatoribus contemni aut negligi intelligamus; præsertim dum nonnulli è Clero nostro vocationis & characteris sui immemores, lusui aut potui dediti, cum gravi Laicorum indignatione & scandalo potandi vel confabulandi causâ tabernas frequentare non erubescunt: ad obviandum itaque huic abusui, è quo totius ecclesiasticæ disciplinæversio, manifesta ordinis clericalis labefactatio, &, ut ait S. Bernardus: *Plebis christianæ miserabilis subversio nata est sequi*, districtè præcipimus & prohibemus omnibus Diœcesis nostræ Pastoribus, Vice-Pastoribus aliisque Presbyteris, ne deinceps sub qualicumque prætextu, nisi necessitatis aut peregrinationis causâ, tabernas ingredi præsumant sub pœnâ pro primâ vice unius libræ flandricæ, pro secundâ duarum similium librarum flandricarum, & in casum recidivæ arbitrariâ pro quantitate & qualitate delicti, Clericis autem aliisque ad Statum Ecclesiasticum aspirantibus sub pœnâ amittendæ omnis spei promotionis ulterioris: & ne ulla ignorantia causa prætexi queat, Mandamus Archipresbyteris nostris ruralibus, ut præsentibus nostras per suos respectivè

tunc Nuncium Apostolicum ad tractum Rheni, (dein S. R. E. Cardinalem anno 1759.) assistentibus Francisco Gaspare à Franckensierstorf Episcopo Rhodiopolitano, suffraganeo & Canonico Presbytero Metropolis Colonienfis & Petro Ludovico Jacquet Episcopo Hipponensi, suffraganeo & Archidiacono Hannoniæ in Ecclesia Leodiensi. Die 3. July sequentis Ruræmundam Pontificaliter ingressus, manum aratro, ut bonus Pastor, imposuit. Ann. 1748. nominationi suæ factæ ad Episcopatum Antverpiensem per dictam Augustiss. Imperatricem renunciavit, nolens priorem sponfam dimittere etsi minus locupletem, ut ditiozem obtineret. Præsul verè Apostolicus, de Apostolica Sede, de orthodoxa Doctrina & de Catholica Religione optimè meritus: meritò a multis habitus alter Carolus Borromæus, Pastor bonus, qui, quoad vixit, animam suam pro ovibus suis posuit, Pauperum, Viduarum & Orphanorum Pater ac Eleemosynarius: contracto in visitatione Diœcesis suæ morbo, Ruræmundæ obiit 28. Juny 1769. ann. ætat. LXXI. Episc. XXIV. sepultus 1. Julii seq. in Cathedrali sua S. Christophori juxtâ Altare majus in Choro, ubi habet Mausoleum cum Epitaphio è regione Evangelii.

Symbolum: *Sicut Liliū.*

Z

Districtus quam primùm communi-  
cari, & in sacristiis Ecclesiarum Pa-  
rochialium affigi curent; Promotori  
verò nostro, ut ex officio in finem de-  
bitæ executionis omnibus severè in-  
vigilet. Datum Ruræmundæ in Pa-  
latio nostro episcopali hæc 28. Fe-  
bruarii 1748.

Signatum erat: ✠ *Joannes* Episcopus  
Ruræmundensis.

Infrà : de Mandato Illustriss. ac  
Reverendiss. Domini mei  
*F. J. Van Afferden* secret.

---

*Joannes Antonius Dei et Apostolicæ  
sedis gratiâ Episcopus Ruræmundensis,  
Primas Geldriæ. etc.*

*Omnibus Presbyteris et Clericis præsentis  
nostras visuris salutem in Domino.*

Anno  
1749.

Cum regimen animarum verè sit  
*ars artium*, non finè ratione desiderat  
Synodus Tridentina mores & scientiam  
eorum, quos ad id muneris aspirare  
contigerit, per examen Ordinariorum  
diligenter explorari: ut igitur ad men-  
tem SS. Canonum Nos ipsi, quan-  
tùm per occupationes nostras licet,  
hujusmodi examini commodius valea-  
mus assistere, visum fuit, itatis tem-  
poribus illud ipsum in Aulâ nostrâ  
episcopali coram omnibus Examina-  
toribus synodalibus deinceps insti-  
tuere, uti tenore præsentium id ipsum  
quater in anno instituendum & ser-  
vandum esse declaramus, eum in fi-  
nem designantes feriam tertiam pridie  
singulorum *quatuor Temporum*, eâque  
per Festum in Populo impeditâ, feriam  
immediatè sequentem.

Quapropter Clericos omnes tam Se-  
culares quam Regulares, qui ad Be-  
neficia curata, vel Confessiones au-  
diendas & prædicandum Verbum Dei  
postulabunt in Diœcesi nostrâ admitti,  
hisce præmonitos volumus, ut debitis  
Testimoniis aut Litteris præsentatio-  
nis suorum respectivè Pastorum, Su-  
periorum aut Patronorum muniti,  
supranominatis quatuor anni diebus  
examine se fistant, aliis temporibus  
non admittendos.

Ut autem hæc nostra Ordinatio  
Omnibus innotescat, Mandamus  
exemplar ejusdem in omnibus Sacris-  
tiis Ecclesiarum Parochialium palam  
asservari, & per Archipresbyteros  
nostros similiter Superioribus Regula-  
rium communicari. Datum Ruræ-  
mundæ in Palatio nostro episcopali  
hæc 5. Julii 1749.

Signatum erat: ✠ *Joannes* Episcopus  
Ruræmundensis.

Infrà : de Mandato Illustriss. ac  
Reverendiss. Domini mei  
*F. J. Van Afferden* secret.

---

*Joannes Antonius Dei et Apostolicæ  
sedis gratiâ Episcopus Ruræmunden-  
sis, Primas Geldriæ. etc.*

*Dilectis Nobis in Christo RR. DD.  
Superiori et Presbyteris Congregationis  
Oratorii Kevelariensis salutem in Do-  
mino.*

Administrantes nuper apud Vos  
Sacramentum Confirmationis, non-  
nullos refleximus abusus in tanto  
Populi concursu irrepsisse, jam pridem  
ab Illustriss. Decessore nostro Wer-

Anno  
1752.

broeck notatos. Proindè Nos idem Decretum quoad prædicta, quatenus opus, renovantes pariter interdiciamus omnibus Presbyteris, etiam sub pœnâ arbitrariâ, ne quis ob concursum Populi quantumvis, deinceps sacro-sanc-tam Eucharistiam alibi distribuat quam in Ecclesiâ Parochiali & Sa-cellis, idque antè scamnum Commu-nionis omni, quâ fieri potest, maximâ reverentiâ & gravitate, & consequen-ter non amplius sub dio.

Prætereâ considerantes, quod Do-mum Dei deceat Sanctitudo, singula-riter autem propter divinam Majes-tatem, quæ præsens ibidem latet in augustissimo Sacramento, sanè probare non possumus, Sacellum vestrum sub obtentu Pietatis tempore hujusmodi concursus totis patère noctibus, cum indè fieri natum sit, ut Templum Domini sanctum multis in eo sibi constituentibus dormitorium sæpè magnis infordecat irreverentiis non sinè periculo profanationis, ut omit-tamus nocturnos cætus, & vagationes an-sam præbere pluribus aliis abusibus malis.

Quapropter Vobis in Virtute sanctæ obedientiæ & sub censuris in casum contumaciæ infligendis tenore præ-sentium districtè prohibemus atque interdiciamus, ne Sacellum Peregri-nantibus impostè pateat ultra de-cimam vespertinam.

Ne verò præsens nostrum Manda-tum tradatur in oblivionem, atque ità negligatur, Mandamus illud affigi in Sacristiâ Sacelli, & affixum ibidem asser-vari. Datum Ruræmundæ in Palatio nostro episcopali hæc 18. May 1751.

Signatum erat: ✠ *Joannes* Episcopus Ruræmundensis.

Infrâ: de Mandato Illustriss. ac Reverendiss. Domini mei *J. M. De Cock* secret.

ANNO 1754. prodiit Decretum Gubernii Bruxell. pro conservacione & meliori administratione Hospitalis generalis in Urbe Ruræmundanâ, quod hîc sequitur per extractum idio-mate patrio.

EXTRACT.

Anno  
1754

**S**YNE KONINGLYCKE HOOGHEYT, raport gehadt hebbende van de repre-sentation van den Canonick Bors, en van de verscheyde middelen die den selven heeft voorgesteld tot on-derhoudt ende betere bestieringe van het Hospitaal generael binnen de Stadt Ruremonde opgerecht, als mede van de Advisen daer over ge-given door die van den Raede van Gelderland, heeft verclaert, ende verclaert mits dese, alles nochtans by provisie, en tot dat anders sal wesen geordonneert.

I.

Dat het getal der Directeurs van 't selve Hospitaal maer sal zyn van vyf personen, te weten van den Bisschop, den Cancellier, eenen Ge-deputeerden van de tweede Camere representeerende het Magistraet, van den Pastoor, ende van eenen Di-recteur by verkiefinge, ende terwy-len het billig is dat den Canonick Bors als Fondateur geduerende syn leven gemainteneert wordt in de be-stieringe van het geseydt Hospitaal, soo sullen naer syne doot de vier an-dere met meerderheyt van stemmen verkiesen een subject om hem in de plaetse van vyfden directeur op te volgen; ende ingeval van gelycke

stemmen sal het Gouvernement decideren.

Het hooren der Rekeningen van het gesejdt Hospitaal, het Lichten, het te rug geven, ende het aenleggen der Capitacien, het beginnen der Processen, het versenden uyt het Hospitaal van onverbeterlyke personen, ende andere saecken van dergelycke natuere, sullen behandelt worden door de vyf Directeurs wettelyck daer toe te samen geroepen.

Maer de ordinaire saecken ende van weyniger belang, als de inwendige bestieringe van 't Hospitaal, het aen en afstellen der bedienden, het in nemen en uyt senden der Armen, den bystand te geven buyten het Hospitaal, de forge van de bedelarye vernieticht te houden, de bestieringe der Collecten, ende andere saecken van dergelycken aert, sullen gedaen worden door den Directeur by verkiefinge, met interventie van eenen anderen Directeur naer synen keus.

## I I.

Het huys van de Weefdogterkens sal vereenigt worden met het Hospitaal generael, soo voor de benoeminge en de bestieringe der personen, als voor de inkomsten; maer de goederen sullen afgescheyden blyven, ende onder het selve bewindt als sy tegenwoordig zyn, te weten van den Prince van la Tour en Tassis, ende van 't Magistraet van de Stadt, ende de dogterkens ten getalle van acht van Ruremonde, ende van ses van Nimwegen, sullen voorts vaeren te draegen de kleedinge by de fondatie voorgeschreven.

## I I I.

Het huys van de weefjongens sal insgelyckx vereenigt worden met het

Hospitaal generael, soo voor de benoeminge en de bestieringe der personen, als voor de inkomsten, maer de goederen sullen afgesondert blyven, en onder het bewindt van 't Magistraet, ende de jongens sullen vervolgen te draegen de tegenwoordige kleedinge.

## I V.

Aengemerckt de toestemminge van het grootste gedeelte der Proviseurs van 't Oudman-huys, sal men het selve huys oock vereeningen met het Hospitaal generael, soo voor de bestieringe der personen als voor de inkomsten; maer de goederen sullen altyt en in alles afgescheyden blyven van die van 't Hospitaal, ende onder het bewindt der tegenwoordige Proviseurs, aen de welcke oock sal toekomen de benoeminge tot de opene plaetsen, als mede de eeren-rechten en andere in de Fondatie aengehaelt: de oude mans ten getalle van ses sullen voorts vaeren te draegen bruyne kleederen.

## V.

De Goederen van dese dry Godts-huysen aldus afgesondert blyvende, ende onder het bewindt van hunne respectie Proviseurs, soo willen wy dat de Rent-meesters jaerlyckx besondere Rekeningen sullen doen van hunne administratie voor de gesejde Proviseurs met interventie van den Directeur by verkiefinge, aen den welcken oock ter handt gestelt sal worden een dobbel autentieck der voorschreve Rekeningen.

## V I.

Wy willen dat op de begraeffenissen de Lycken privativelyck sullen gedragen worden door die van 't Hof-



pitaal, vermits eene belooninge van twee patacons als de begraeffenisse geschieden fal in de Kercke, en van eenen patacon voor de ghene die begraven fullen worden op de Kerckhoven, wel verstaende nochtans dat de armen voor niet fullen gedragen worden.

V I I.

Den binnen Directeur van 't Hospitaal fal aenstellen twee mannen de welke by uytfluytinge van alle andere de Overledene in alle quartieren van de Stadt op de gewoonelycke maniere fullen aenkondigen, ende tot de begraeffenisse bidden, en in het eerste geval fal men betaalen eenen schelling, en in het tweede vier.

V I I I.

Men fal tot de Choraelen van de Cathedraele en Parochiaele Kercke voor alle andere nemen jongens van 't Hospitaal, mits sy hebben de hoednigheden, ende de bequaemheyte daer toe vereyscht.

I X.

Terwylen het Hospitaal Generael representeert alle de Armen, soo is onse meeninge dat alle de Almoesen de welke sig gesticht bevinden in de Cloosters en in de Kercken fullen komen ten profyte van 't gemelt Hospitaal, aen t'welcke de selve stiptelyck fullen overgelevert worden, als mede de Goederen geschickt voor de Armen, en die sig bevinden verkeert te syn tot een gebruyck strydig aen hunne stichtinge.

X.

Alle de Almoesen de welke de Broederschappen ende de Ambachten gehouden syn te doen aen de armen in't gemeen uyt krachte van Fonda-

tie, fullen insgelycks komen aen t' Hospitaal generael, en men fal mogen soecken te bewegen de Ambachten die nog niet bewilligt hebben, aen't selve Hospitaal in't geheel ofte ten deele toe te laeten komen de boeten waer in hunne ondergegevene fullen gecondemneert worden.

X I.

Ende terwylen de tractamenten de welke gegeven worden door de ghene die Meesters ofte Dekens in eenig Ambacht worden, seer kostbaer, ende dickwils buyten-maetig syn, willende ten selven tydt ende de Borgers verlichten ende de Armen begunstigen, soo verklaeren wy dat het aen hun fal vry staen de voorseyde tractamenten af te koopen, mits gevende aen t'Hospitaal eene Almoese op den voet en volgens de taxe door die van den Raede van Gelderlant voorgeslagen.

X I I.

Den Pastoor fal de ghene, die trouwen fullen, aenmoedigen aen t'Hospitaal te geven eene Almoese geproportionneert aen hunne middelen ende staet, ten welcken eynde van wegens het Hospitaal by hun fal mogen gesonden worden, als mede by gelegentheyte van't doopen om de gefeyde Almoesen te vragen.

X I I I.

Alle de ghene die bekomen fullen eene civiele bedieninge ofte een beneficie, fullen gehouden wesen aen't Hospitaal te doen eene gifte op den voet van de bygaende lyst.

X I V.

De Tafel van den H. Geest ver-eenigt synde met het Hospitaal Generael, fal de selve genieten den vrydom van de belastingen op het Meel.

## X V.

Terwylen door het Placcaet van den 9. October 1739. de bedelarye verboden is, soo sullen alle publyke Collecten afgesteld wesen, ende sal het Hospitael Offerstocken mogen setten in alle Kercken en Capellen.

Wy beveelen en gebieden aen alle de ghene die het aengaet sig te voegen ende te schicken volgens dat verklaert is door dit tegenwoordig Reglement. Gedaen tot Brussel den 24. July 1754. *Was geparapheert STEEN. vt geteekent CAREL VAN LORREYNEN tegengeteekent* ter Ordonnantie van Syne Koninglycke Hoogheyt F. J. MISSON.

Antistiti *Joanni Antonio* successit *Henricus Joannes Kerens* Mosæ-Trajectensis, ibidem natus 22. May 1725. humanioribus litteris informatus, Societatem *Jesu* ingreditur; peracto *Mechliniæ* biennali tyrocinio, tertio anno è more Societatis instituit politioris litteraturæ retractationem, subsequente triennio Philosophiæ operam navatus, tandem per quinque Annos continuos Bruxellis in Collegio suæ Societatis humanioribus litteris eruditur juvenutem, quibus peractis, destinabatur ad Studium Theologicum.

Bellum exarserat in Belgio inter *Mariam Theresiam* Austriacam Imperatricem-Reginam & *Ludovicum XV.* Galliarum Regem, valdè damnosum Provinciæ *Jesuitarum* Flandro-Belgiæ, cujus alumnus erat *Henricus*, utque allevaretur hæc Provincia, ad tempus subsidio aliarum Provinciarum Austriacarum indiga fuit: Provinciæ itaque *Austriaca* & *Bohemica* juniores aliquot socios Belgas gratuito

suscipiebant, datâque operâ Theologiæ Studio in Universitatibus curæ Societatis commissis, idoneos in Patriam remittebant.

Selectis juvenibus annumeratus *Henricus Joannes*, in Universitate *Olomutzensi* in Marchionatu *Moraviæ* Sacræ Theologiæ cursum quadriennalem peregit, S. Theologiam propugnavit, Sacroque Presbyteratus Ordine insignitus, in Patriam regressurus, accersitur ann. 1750. ad Collegium Regium *Theresianum*, quod in gratiam pubescentis Nobilitatis *Ditionum Austriacarum Vindobonæ* fundaverat *Augusta Maria Theresia* ann. 1746, postea, jubente *Josepho II. Cæsare*, suppressum ann. 1784.

Ex Professore Linguæ Gallicæ, Philosophiæ moralis & Historiæ universalis fit Mense Majo 1760. istius Academiæ Rector: in gratiam Professorum ejus Normam seu docendi Regulam præscripsit, additâ quotidiani pensæ serie, scripto typis academicis *Tyrnaviæ* in *Hungariâ* in quarto, ut vocant, edito: scripsit etiam Historiam rerum actarum in Europâ ab ann. 1450. ad ann. 1500. typis *N. Schulz* ann. 1762. *Vindobonæ* in quarto impressam, quam germanicè transtulit ann. 1776. *Josephus van Retzer* præclarus Auctor, Poëta & litterarum amœniorum Cultor.

Tot utilitatibus tantisque meritis auctum *Henricum Joannem* constituit Imperatrix-Regina *Infulis* Episcopalibus condecorare, ideòque ad *Ruræmundanam* Sedem ann. 1769. nominatum (misso Romam Barone *de Neny* Reginæ ab epistolis) enixè commendavit *Augusta Clementi XIII.* summo Pontifici, ut a quatuor votis in Societate *Jesu* emissis, ac præsertim a sponsione juratâ de nullis acceptandis Dignitatibus Ecclesiasticis li-

beratum ad Cathedram vacantem promovèret.

Dispensatione ac Confirmatione necessariis obtentis, *Henricum Joannem* Episcopum Ruræmundensem Consecravit Eminentiss. Dom. *Christophorus* Card. à *Migazzi* Archiepiscopus Vindobonensis die 21. Januarii 1770. in Sacello Academiae Theresianæ, adstantibus cunctis Professoribus & Alumnis, ac assistentibus Comite *ab Herberstein* Coadjutore Episcopi Laubacensis & *Antonio Francisco Marxer* Ecclesiæ Metropolitanæ S. Stephani Præposito, Episcopo Chryfopolensi, Vindobonensi Suffraganeo.

Unicam Bullam Romanam, quam obtinuerat Neo-Episcopus, Placeto Regio munivit Sanctius Consilium Bruxellis die 21. May 1770, postquam asseverasset Antistes, sese carere ulterioribus octo Bullis novis Episcopis concedi solitis, scilicet I. *Commissionis* ad munus Consecrationis. II. *Commendationis* ad Principem. III. ad Metropolitanum. IV. ad Capitulum Ecclesiæ vacantis. V. ad Clerum Civitatis & Diœcesis. VI. ad Populum Civitatis & Diœcesis. VII. ad Vasallos Ecclesiæ vacantis. VIII. *Absolutionis* a Censuris, ad effectum. Hoc Placeto tamen rejectum & cassatum est juramentum fidelitatis summo Pontifici ex præscripto Bullæ antefatæ præstitum a novo Præsule ad manus Consecratoris, tamquam *juribus et præminentis suæ Majestatis ac Vasallorum prærogativis repugnans.*

Die 22. May 1770., aut certè circà Mensem Juny suæ Sedis Possessionem adiit, Diœcesimque suam sub Ditionibus variorum Principum, videlicet: Borufforum Regis, Statuum Belgii Confœderati & Electoris Palatini extensam cum applausu gubernavit. Mense Augusto 1773. cum cæteris Episcopis & Metropolitanis suo *Joanne Henrico* Archiep. Mechlin. Libellum memorialem (1) subscripsit, quem Belgii Antistites Imperatrici & Reginae Apostolicæ præsentarunt contra Edicta Regia 13. May 1771. & 18. Aprilis 1772. *De admissione in Religiosis Ordinibus.*

Dum ità excelebat in novo hoc honorum curriculo, Augusta, quæ *Henricum Joannem* non tam dislitum optabat, accivit circà Mensem Novembris 1773. futurum Episcopum Neostadiensem, quæ Civitas inferioris Austriæ Viennâ distat sex milliaribus germanicis.

Hactenùs Imperatricis - Reginae Confessarius, titulo Capellani Majoris Exercituum jurisdictionem delegatam apostolicam in utroque foro, gratioso & contentioso, exercuerat suprâ Militares Personas cum facultate subdelegandi in variis Monarchiæ Præfecturis; quod Ipsa immutatum volens, unà cum Josepho II. Cæsare, Filio & Co-regente instituit Vicariatum Apostolicum, sive Episcopatum Militatem, primumque novæ Dignitatis Possessorem designavit novellum Episcopum Neostadiensem, ac hono-

(1) Les Copies de la Lettre & du Mémoire présenté à S. M. l'Impératrice Douairière & Reine Apostolique par les Evêques des Pays-Bas concernant l'Etat Religieux se trouvent dans le *Recueil des Représentations, Protestations & Réclamations Belges* &c. 4 me partie du second Recueil. tom. 7. fol. 48. & seqq.

res honoribus cumulando, Eum in actualem Confiliarium suum intimum statûs cooptavit: Possessionem tamen Sedis Neostadiensis adipisci haud valuit antè 3. May 1775, quia, defuncto *Clemente XIV.* Summo Pontifice 22. Septembris 1774, vacaverat Sedes Apostolica usque ad 15. Februarii 1775. quâ die ad hanc Cathedralam electus fuit *Pius VI.* Episcopatum Neostadiensem interea rexerat *Henricus Joannes* quâ Administrator in spiritualibus ac temporalibus a tempore suæ Nominationis, seu veriùs a die 13. Januarii 1775.

Quas primò obtinuerat a Sede Apostolicâ Bullas pro Administratione Vicariatus Apostolici, insufficientes ob facultates coarctatas expertus excell. Vir, Summo Pontifici proposuit Exemplar, quo faciliori negotio provideretur necessitatibus spiritualibus Exercituum: Consilium probavit *Pius VI.*, & Bullâ datâ 12. Octobris 1778. facultates necessarias concessit, totam feriem rei gerendæ normamque in negotiis Vicariatus Apostolici servandam expressit.

Defunctâ *Mariâ Theresiâ* die 29. Novembris 1780, ejus Successor & Hæres *Josephus II.* novum excogitavit rerum ordinem, ut a Sede Pataviensi suas distraheret Ditiones Austriacas, hasque novis ac propriis tribueret Episcopis: designavit itaque, accedente Sedis Romanæ Confirmatione, *Lintium* superioris Austriæ caput pro Sede Episcopali dictæ superioris Austriæ suprâ Anisum, & Civitatem *S. Hippolyti* (germanicè *S. Polten*) Viennâ distantem octo milliariibus germanicis futuram Sedem Episcopalem inferioris Austriæ infrâ Anisum, dictæque duæ Diœceses subiectæ fuerunt Archiepiscopo Vindobonensi (quæ Civitas caput est infe-

rioris Austriæ) jure Metropolitanico.

Hâc viâ extincta fuit Sedes Neostadiensis, quam ad instantiam Imperatoris *Frederici III.* Austriæ Ducis crexerat *Paulus II.* ann. 1468, ejusque Episcopus cum Sede & Capitulo Cathedrali B. M. translatus ad novam Cathedralam *S. Hippolyti*, Possessionem hujus adiit die 8. May 1785. in celeberrimâ ac perantiquâ Abbatia *S. Hippolyti* Canonorum Regularium Ordinis *S. Augustini*, cujus suppressæ redditus pro parte attributi sunt Mensæ Episcopali novæ Sedis.

In ordiente Dœcesi rectè cuncta disponere, Doctrinæ & Moribus Ecclesiasticorum invigilare, institutionum ecclesiasticarum & civilium custodiam urgere, Seminarii Episcopalis pro Clero Curæ animarum destinato Foundationem procurare, hæc cura fuerint, hæc solertia assidua *Henrici Joannis*, qui nimis laboribus exhaustus, fractus Morbo, quo operiebatur, quando Viennam sese receperat Mense Novembri 1792. quo indies crescente tandem defecit extinctus in hâc Urbe principe die 26. ejusdem Mensis. Demortui Cadaver ad *S. Hippolytum* relatum ibidem in Ecclesiâ Cathedrali sepultum fuit.

Mausolæum a cornu Epistolæ Summi Altaris vario marmore & metallo intertextum confici curavit ipse Nepos & Hæres Rev. adm. Dom. *Godefridus Josephus Crutz* (germanicè *de Creits*) *Mosæ-Trajectensis*, J. U. L., Canonicus ad *S. Servatium* Trajecti, Præpositus in Dornau, Confiliarius Ecclesiasticus, Auditor & Director Cancellariæ consistorialis militaris Exercituum Sac. Cæs. ac Reg. Apost. Majest., Canonicus Cathedralis Ecclesiæ *S. Hippolyti*, dictæque Diœcesis Vicarius Generalis, quem *Henricus Joannes*, existens Episcopus

Neostadiensis ad se accerferat. Epitaphium est, ut sequitur :

Cineribus & Memoriae  
Henrici Joh. de Kerens Trajectens.  
Academiae Theres. Vindob.  
Annis X. sapientissimè rectà  
è S. J. ad Infulas Ruramund. assumpti,  
indè promoti ad Neostadienses,  
munusque Vicarii Apost. Austr.  
demum unà cum Sede ad hanc  
D Hippolyti Ecclesiam transfati,  
& in eam, Sacerd. Seminarium, Scholas  
supremà voluntate liberalissimi;

quem  
Pietas, Scientia, Prudentia, Vigilantia,  
Beneficentia, Facundia, Suavitas  
morum, Dignitas oris  
Antifititem effinxere,  
qualem quodvis sæculum suum esse  
voluisset.

Vixit Ann. LXVIII. Obiit Ann.  
MDCCXCII. Cal. Decemb.

Godefridus Jos. de Creits  
Avunculi pientissimi & de se optimè  
meriti in eadem Ecclesià vice functus  
& Hæres cum lacrymis posuit.  
Lemma : *Pande et Mande.*

Elogium defuncti Antifititis germanicè scriptum, continens pag. 22.  
in 16. exiit typis impressum sub hoc

titulo : *Kurze lebensbeschreibung des Bischofs zu S. Polten und Apostolischen Vicars der Kaiserl. Konigl. Kriegsheere Hainrich Johann. von Kerens.*  
1793.

Necrologium ipsius habetur in Diario quodam intitulado : *Journal historique et litteraire.* 1. Mars 1793. fol. 398. & seq.

## DECRETUM

*Illustriss ac Reverendiss. Dom. Philippo Damiani (1) decimitertii Ruramundensis Episcopi, Primatis Geldriæ. etc. etc. renovans Statuta et Prædecessorum suorum Decreta, prohibentia Clero vestitum secularem, frequentationem tabernarum. etc.*

Philippus Damianus Marchio ab et in Hoensbroeck, S. R. I. Comes, Dei et Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopus Ruramundensis, Primas Geldriæ, Ecclesiæ Cathedralis spirensis Canonicus Capitularis et Thesaurarius major, Præpositus Embricensis, Archidiaconus Ultrajectensis. etc. etc. etc.

Anno  
1788.

(1) *Philippus Damianus* Marchio ab & in Hoensbroeck, S. R. I. Comes, natus est Ruramunda die 24. Februarii 1724, Ecclesiæ Cathedralis Spirensis Canonicus Capitularis & Thesaurarius Major, Præpositus Embricensis Collegii Canonicorum, quod *S. Willebrordum* jam indè ab anno 700. aut circiter suum agnoscit Fundatorem, *D. Martino* Turonum Episcopo dicatum, atque eo titulo Archidiaconus Ultrajectensis. In Cathedrali Spirensi 2 Julii 1775. à Celsissimo Principe ibidem Episcopo, assistentibus Reverendiss. dicti Principis Suffraganeo & Abbate Kayfersheimensi Ordinis Cisterciensis in Episcopum Ruramundensem solemniter consecratus, Ruramundam solemniter ingreditur 30. Octobris ejusdem Anni.

Prælatus erat valdè corpulentus & obesus, bonus & pius.

Approximantibus Gallorum exercitibus Mense Novembri 1792. Ruramundam deseruit, sed Mense Martio Anni sequentis illis retrocessis, Ruramundam vix redux, subito catharro oppressus, ibidem obiit 17. Aprilis 1793. sepultus in Ecclesià Parochiali Venlonæ suæ Diocesis sub Ditione potentissimorum Statuum Fœderatorum Hollandiæ.

*Omnibus has visuris salutem in Domino.*

Cum ea, quæ à Decessoribus nostris salubriter disposita sunt, tractu temporis oblitterentur sæpè ac oblivioni tradantur, undè contingit, abusus, quibus vel occurrere aut quos tollere intendèrunt, repullulare sensim & reviviscere; pastoralis sollicitudinis nostræ ratio exigit, eadem Statuta ac Decreta renovare, iisque inhærendo Autoritate nostrâ Episcopali si non robor, quod conservant, præsentem observantiam eis debitam, sed neglectam injungere & inculcare: Decessores etenim nostri, præsertim felic. record. *Angelus* Decretis suis de 10. Feb. 1708. & 9. April. 1720. necnon *Joannes Antonius* suo de 28. Febr. 1748. jam tum deficientem in Clero Seculari vestitus modestiam adeò statui consentaneam considerantes, ut pars Cultui Divino mancipata, sicut moribus decet, ita vestibus a Secularibus discernatur, non nisi nigro colore uterentur, Mandarunt; sed quantum neglectum undequaque animadvertimus! quasi pudèret palàm Regalis Sacerdotii Dignitatem profiteri, plurimi hisce temporibus à Secularibus non solum vix distingui possunt, sed cum iis quasi certate videntur, quis Seculo conformior amplius vestes aptatas & coloratas gerat: Prohibemus igitur ne alio quam nigro colore, nisi fortè itinerando opus sit, utantur, Mandamusque omnibus Pastoribus, ut Matriculariis suis seriò injungant, quatenus nulla Sacerdotibus, etiam extraneis, quorum testimonia, si ignoti sint, Pastor præviè examinabit & recognoscet, cum vestitu seculari & Statui incongruo aut ocreis Ecclesiam & Sacristiam ad Officia Divina vel Missam celebrandam intrantibus paramenta ministrent, nisi præviè

monito Pastore ejusque habito consensu, cujus Conscientiam desuper oneramus, curabuntque iidem Pastores, ut ad minimum par talarium in Sacristiis inveniatur, quo nullus sine talari Sacrum facere cogatur.

Tabernarum item frequentationem à SS. Canonibus Clericis inhibitam (ne, ubi crapula & ebrietas potissimum regnant, dissensiones, rixæ, commellationes, sociati cum Secularibus Clerici sobrietatis obliviscantur & vilipendantur) Decessores antefati seriò licet & rigorosè prohibuerunt, quorum Decreta vix amplius observari dolerari, dolemus, quare eadem renovantes sub pœnis inibi comminatis & indubiè infligendis frequentationem tabernarum districtè Prohibemus, Mandantes, ut Pastores in Clerum Parochiæ sibi commissæ, Decani verò sui Districtus invigilent, contravenientes ad Nos deferant; & ne hujus Decreti memoria pereat, Decanus Districtus hæc Pastoribus communicabit, iisque tantum temporis & moræ relinquet, ut Copiam ejusdem (quam in suarum Ecclesiarum Sacristiis affigent) conficere possint; Decanus etiam annuè in distributione SS. Oleorum, prælegendo, memoriam hujus renovabit. Datum Ruræmundæ in Palatio nostro episcopali hæc 19. Mensis Martii 1788.

Signatum erat: ✠ *Philippus Damianus*  
Episcopus Ruræmundensis.

Infrà: de Mandato Illustriss. ac  
Reverendiss. Domini mei  
*L. Theunissen* secret.

Huic Præsuli successit Illustriss. ac  
Reverendiss. Dom. *Joannes-Baptista*  
*Robertus* è Baronibus van Velde de  
Melroy, Bruxellis natus 9. July 1743.

ibidem peractis humanioribus litteris in Collegio Patrum Augustinianorum, Lovanii Philosophiæ & juribus studuit; 4. Juny 1765. utriusque juris laureâ decoratus, Bruxellis in Patriâ causarum Patronus apud supremum Brabantiæ Senatum admittitur. Parvo post Annorum curriculo Clericali Militiæ nomen dedit, Sacroque Diacônatus suscepto Ordine, ab Excellentiss. ac Reverendiss. Dom. *Joanne Henrico* Archiep. Mechlin. in Metropolitanâ *S. Rumoldi* Præbendam obtinuit ann. 1769. Sacerdotio deindè insignitus, Chori frequentiâ assiduus, etiam aliquamdiu Provisoris LX. Fratrum munus prudenter exercuit; de cætero pius in Deum, comis in alios.

Per litteras patentes suæ Majestatis, datas 22. Martii 1779. designatus Consiliarius Ecclesiasticus in magno Consilio Mechlin. ac libellorum supplicum Magister, Sacramentum dixit 1. Aprilis sequentis. Anno 1780. 3. Novembris eligitur in eadem Metropolitanâ Canonicus Graduatús nobilis, cujus Præbendæ Possessionem adiit 14. Decembris ejusd. Anni. Præpositurâ etiam dictæ Ecclesiæ donatus a Cæsare 20. Junii 1782, in eâ confirmatur a Card. Archiep. 13. Augusti seq. ejusque Possessionem obtinet 16. ejusd. Mensis.

Anno 1787. evocatus ad novum Gubernii Consilium Bruxellis a *Josepho II.* erectum, causis piarum Foundationum in eo dirigendis deputatur; sed illo abrogato Ann. 1791, jure quasi postliminii ad magnum Mechlin. Senatum reviviscentem per litteras, datas 13. Januarii 1791. revocatur, pristinas obiturus functiones.

Toto tempore primæ occupationis Belgii Aust. a Gallorum exercitibus, scilicet ab initio Novembris 1792. usque ad Mensem Aprilis 1793, cum

reliquis magni Consilij Mechlin. Senatoribus Ruræmundæ aliquantulum, ac Dusseldorpii in Ducatu Bergensi ultra Rhenum habitavit: deindè Mechliniam redux ac negotiis publicis redditus, die 1. Novembris per litteras intelligit, se Mense præcedenti nominatum ab Augustissimo *Francisco II.* ad Infulas Ruræmundenses. Confirmationem obtinuit a *Pio VI.* Summo Pontifice die 27. Februarii 1794. Gallis rursum Belgium occupantibus, Mechliniam deseruit post 24. Junii, & circa finem dicti Mensis Ruræmundam pervenit. Possessionem Cathedræ per seniore Ecclesiæ Ruræmund. Canonicum, suum Procuratorem adiit die 3. Julii: sed ommissa est solemnitas Episcopi introductio propter Belli tumultus magis indies exurgentes.

Imminentibus Gallorum exercitibus, Ruræmundam brevi deserere coactus, Dusseldorpii ad Rhenum die 17. Augusti 1794. Munus Consecrationis Episcopalis obtinuit in Ecclesiâ Ducali *S. Andreæ* (quondam Societatis *Jesu*: ) ab Eminentiss. Dom. *Ludovico Josepho S. R. E. Presb. Card. de Montmorency - Laval*, Episcopo Metensi, S. R. I. Principe, Regii Ordinis S. Spiritus Commendatore, Franciæ Eleemosynario &c. assistentibus Ariensi & Suffraganeo Metensi Episcopis, præsentibus Rhemenfi Archiepiscopo & septem aliis Galliarum Episcopis, omnibus à laribus profugis. Post aliquantulam moram in variis Diœcesis suæ locis tractam, ubi pro posse Diœcesanam Administrationem exercuit, magis magisque urgentibus Gallis, Germaniæ loca varia peragravit, mansionem quoque Erfordiæ habuit, ac ann. 1796. Embricæ domicilium fixit, ut e viciniori loco Sedi suæ invigilare valeret, atque in dicto

loco cuncta boni Pastoris munia implevit, adeò ut usque ad Mensẽ Julii 1802. inclusivè ultrà 1201000. Personas undequaque adventantes S. Chrismate inunxerit, multos præterea pro variis Belgii Diœcesibus Sacris Ordinibus initiaverit. &c.

Tandem vi Concordati inter S. Sedem & Galliæ Moderatorem initi, & a Summo Pontifice 15. Augusti 1801. Confirmati novus rerum Ordo in Ecclesiis Gallorum regimini subjectis introductus fuit, & per subsequentem Bullam de datâ tertio Cal. Decemb. 1801. inter alias Ruræmundana Sedes suppressa; quam ob causam, ut litteris SS. Dom. Pii VII, dictâ die 15. Augusti datis, parèret, spontaneè Ecclesiam Ruræmundensem dimisit, retentâ juxtâ summi Pontificis mentem Administratione ejus partis Gallis subditæ usque ad Mensẽ Augusti 1802. quando novæ Sedis Leodiensis novus Episcopus *Joannes Zæffel* Possessionem obtinuit, cui pars Diœcesis Ruræmund. obtigit, alterâ ejusdem parte additâ novæ Diœcesi Aquisgranensi.

Graviam (Batavorum Oppidum in Brabantia scæderatis Ordinibus subditâ ad sinistram Mosæ ripam situm, hactenus Diœcesis Ruræmundanæ) secessit ann. 1802. Episcopus demissionarius, qui titulo Administratoris Apostolici pergît sedulò regere 52. Parochias Batavis ac Borussorum Regi subjectas, reliquam ac superstitem partem extinctæ Ruræmundanæ Diœcesis constituentes: non omittit etiam ad totam Batavorum Rempubliam Zelum suum Apostolicum extendere, Munia Episcopalia exercendo & Sacramenta administrando magno Fidelium dictorum locorum commodo & bono, ubicumque fuerit expetitus.

Anno 1804. edidit Epistolam Pastorem, quæ hic subjungitur idiomate, quo prodiit.

---



---

## HERDERLYKEN BRIEF

*Van zyne Doorlugtigste Hoogwaardigheid  
Joannes-Baptista Robertus, Bisschop  
voor het Bataafsch deel van het voor-  
maalg Diœcese van Ruremonde.*

*Ter Geleghentheid van den aanstaanden  
Dank en Bededag.*

*Joannes-Baptista Robertus van Velde  
de Melroy, door de gratie Gods ende  
des Apostolyken stoel, Bisschop, voor  
deezee, van Ruremonde, Thans voor  
het Bataafsch deel, van dit voormaalig  
Diœcese, Apostolischen Administrateur,  
Primaat van Gelderland. etc. etc. etc.*

*Aan allen die deeze zullen zien, ofs hooren  
leezen, Zaligheid in den Heere.*

Nauwelyks was de Vasten-Bulle voor dit jaar uit onze handen in het licht gegaan, of wy wierden onderregt dat door de HOOGE OVERHEDEN dezer Landen een algemeene DANK en BEDEDAG uitgeschreeven en bestemd was op den 7. des aanstaande maands.

Daar wy van deeze proclamatie legaaie kennis hebben mogen draagen, vordert onze herderlyke pligt aldus wederom van ons, u liede, Alderlieffte Broeders, op nieuws te ver-

Anno  
1804.



maanen om met vereenigde herten uwe erkentelykheid voor alle tot nu toe ontvangene weldaaden aen den Hemel op te draagen en den Vader van oneindelyke barmhartigheid oodmoedig te smeeken dat hy ons ook voor het toekomende bewaaren moge onder de vleugelen zyner almachtige en teffens minzaame bescherming tegen al wat ons eenigfins zou kunnen hinderen of beschadigen.

Het komt ons als onnoodig voor, hier aan te haalen alle de beweegredenen, die wy hebben, om zelfs in het middel der beproevingen, welke wy ondergaan, onze dankbaarheid tot God te doen uitschynen, want wy verbeelden ons met regt dat een ieder volkomentlyk daar van overtuigd is in zyn gemoed.

En waarlyk, wie weet niet wat gunsten, wat voordeelen wy uit Gods genadige hand tot nu toe zoo mildelyk boven andere genooten hebben, daar wy in de hachelyke toestand in welke het ongelukkig menschdom zig thans bevind, bevryd gebleeven zyn van zoo veele bittere en beweenswaardige rampspoeden, waer onder gansche volken dag en nacht zugten? en is het voor duizende onder ons al niet geluk genoeg dat God hun in zyne granschap niet heeft verhoort met hun toe te zenden die plagen en kastydingen, die in hunne blinde wenschen en dwaase onderneemingen opgesloten waren? ja, indien den Alderhoogsten eenige had moeten slaen met die geesselen, welke zy verdient hadden, in wat eenen afgrond van onheilen en wederwaardigheden zouden zy zig niet gedompeld vinden? maar hy heeft liever gehad zynen wraaknemenden arm door medoo en met de goede, die hem vreedden, in te houden dan den zelve over de

roekeloofse, die hem in hunne dwaafheid tergden, uit te steken.

En dit alleen moest al kragtig genoeg wezen om ons te bezielen met eenen waaren Geest van erkentelykheid, en ons te beweegen om steeds lof - zangen van dankbaarheid naa den Hemel op te zenden.

Hier uit volgt van zelfs hoe trouw en yverig alle Christenen zig moeten benaarfstigen om God te bidden, dat hy ons in het toekomende ook nog moge bevryden van alle onheilen, die op onze hoofden zoude kunnen nederdalen, en dat het hem behaage ons te verleenen dien zaligen vrede, na welchen wy, helaas! nu al zoo lang vrugteloos gereikt halfst hebben.

Dog ziet! met hier aan te denken gevoelen wy eene innerlyke smert die ons hart verscheurd, en ons genoodzaakt met de zugten in den mond en de traanen in de oogen, u-liede, Alderlieffte Broeders, te vragen: wat zullen alle onze gebeden by den Heere uitwerken zoo lang wy voortgaan met hem door de zonde te beledigen? is het dan wel mogelyk den vrede, het grootste goed dat wy op de aarde begeeren kunnen, van hem te erlangen?

Weet men misschien niet meer op hoe veele plaatzen van het H. Schrift hy zelfs tegen de zondige volken uitroept dat hy *den vrede van hun zal afwenden*, dat hy *hunne vyanden tegen hun zal doen opstaan*, dat hy *hunne huizen vernielen*, *hunne steden uitroyen*, *hunne jongelingen door het swaard om het leven brengen*, en *hunne landschappen tot een verderf en omkeering stellen zal?*

Zyn dit niet zoo veele onweder-spreekelyke bewyzen dat, gelyk God de menschen, die zyne wetten opvolgen, met eene stille en aangename vrede beguntigd, hy in tegendeel

goddeloofen en zondaaren met beroertens en onrusten bestraft en kasteid?

Ja, deeze, nademaal zy alle zyne tot hunne behoudenisse aangewende genaade middelen veragten en verwaarloozen, taft hy in zyne gramfchap aan, dan word zyne liefde in haat, en zyne zagtmoedigheid in toorn veranderd: en in wat voor eenen toorn? in eenen toorn die in de heilige boeken beschreeven word als een vuur te ontbranden, *de aarde te doen schudden, de bergen te beweegen, de waatren te doen zieden, de lugt met giftige dampen te besmetten, en de gansche natuur te wapenen tot onzen ondergang.*

Dan bezoekt hy de menschen niet alleen in het bezonder maar ook in het algemeen met plaagen op plaagen; dan schiet hy de pylen eener bederfelyke pestilentie, die in korten tyd duizenden verslinden. Dan zend hy bliksem en hagel-buyen die het gewas der aarde bederven. Dan doet hy het waater boven dyken en dammen swell en geheele landstreeken tefens inswelgen. Dan bezigt hy eindelijk de zwaarden van bloed-dorstige menschen, waar door zomwylen de schoonste velden en rykite steeden ellendige tonneelen worden van de wreedste en treurigste jammeren.

Dit zouden wy, Alderlieffte Broeders, met menigvuldige zoo heilige als onheilige geschiedenissen kunnen bevestigen, indien wy niet vreesden al te wydloopig te worden. Om u-liede egter, als in het voorbygaan, eene kleine schets daar van te geeven, zoo slaat de oogen maar op de Israëlieten. Toen God door bloedige oorlogen en door eene bespottelyke wegvoering naa de gevangenis het brandende vat zyns toorns over hun uitgoot, wie had het dan met zoo veel woede aangevult? wie, als het Godshendig

reuk-werk, dat dit ondankbaar volk voor valsche Godheden had aangestoken? om dat wy, zeide den ouden Tobias voor hun alle, om dat wy uwe beveelen niet gehoorzaamt hebben, daarom zyn wy ter plundering, ter gevangenis, ter moordery, ter bespottung en ter beschimpung overgeleeverd aan alle de volken onder welke gy ons verftrooit hebt. \* Ja, O Heere, de eenigste oorzaak van alle onze rampen is onze ongehoorzaamheid!

Maar, zegt men hier gemeenelyk, wie zal dat wel begrypen hoe eenen zoo goedertieren, zoo barmhartigen, zoo genaade ryken God zyne straffen zoude kunnen afzenden over gansche volken?

De antwoord op deeze vraag is niet min gereed als duidelyk. Als de zonden gerugt maaken, dan is het billyk en gerechtig dat men ook het gedruis der straffen hoore, en dat, volgens de spreekwyze van Isaias, Gods geesfelroede als een vloed doortrekke daar de misdaden eenen heele overstroming veroorzaakt hebben. \*\*

'T is waar, Alderlieffte Broeders, God laat niet gaarne zyne strenge kastydingen op de aarde nederdaalen, en daar hy ons met eene kleine bestraffing kan beteren, daar gebruikt hy zyne groote plaagen niet. Maar wy zyn het die, naademaal wy zienelyke blyken van ongevoelykheid geeven als hy ons met den vinger maar een wynig aanraakt, hem dwingen de gansche zwaarte zyns arms tegen ons aan te wenden. Wy doen, om zoo te spreken, zyne goedheid geweld aan, en met opentlyke misdaden te bedryven genoodzaaken wy hem ons opentlyk te slaan. Zekere zonden met welke men zig zoo bekent maakt dat zy gewoontens wor-

\* Tob. 3.  
v. 4.

\*\* Is. 23.  
v. 18.

den, en zekere gewoontens die zoo onbetaamelyk zyn dat veele andere zonden daar onder loopen, vorderen eene algemeene straf gelyk zy eene algemeene ergernis medebrengen.

De oneerlyke kleedingen, die den duivel van de ydelheid alle dagen met nieuwe arglistigheden te voorschyn brengt, en waar door hy des te zeekerder verleid hoe fyner hy zyne strikken maakt: de uitgelaatenheid der zeeden die tot zulke onbeschaamtheid gesteegeen is, dat zy zig voor niemand meer verbergt: de onzuiverheden in woorden en werken, die zoo de overhand genoomen hebben, dat men ze bynaa in alle saamenkomsten en op alle wegen ontmoet, en welke wy ons schaamen te moeten hooren zelfs van jonge kinderen die in bedorventheid boven de jaaren opgroyen: de lasteringen die men met volle stroomen uitbraakt in het gezigt van heel de wereld zonder heilig of onheilig, zonder God of den evenmensch te spaaren: de bezoeken van die gezelschappen, daar men speelt met bedrog en onrechtvaardigheid, daar men eet en drinkt met gulzigheid, en als tot veragting van onze vaderlyke vermaaning om den H. Vasten-tyd volgens eene Christelyke pligt over te brengen, daar men zingt en lacht met ontugtigheid, daar men spreekt met spot van de Religie, van het geloov en van de Kerk van JESUS CHRISTUS. de onteering van Zondaagen en Feesdaagen, de haat, nyd, twist en tweedragt, ongehoorzaamheid aan zyne overheid: deeze en menigvuldige andere soortgelyke zonden zyn het, die des te meer om wraak roepen hoe vrymoediger zy bedreeven worden. En zal het nog iemand vreemd voorkoomen dat de kastydingen menigvuldig en algemeen zyn?

O zoo lang de boosheid opentlyk het hoofd opsteekt, zoo lang zal God ons ook opentlyk slaan! willen wy dan onzen hemelkring bevryden van dreigende wolken, willen wy de algemeene plagen afwenden van ons lieve VADERLAND, willen wy beantwoorden aen het heilsaam inzicht van onze overheden, zoo moeten wy de overtredingen vlugten die andere in de oogen loopen, en zorgvuldig vermeiden de ergernissen waar door vreemde zielen kunnen bedorven worden. En hebben wy Gods magtige hand ooit gewaapent tot onze algemeene schaade, ah! laten wy deze ontwaapenen door werken van boetvaardigheid. Laaten wy voor den Throon zynere genaade met de traanen van Daniel \* roepen: wy hebben gezondigt, O Heere, wy hebben ongerechtigheid bedreeven, wy hebben godlooslyk gehandelt, wy zyn van uwe geboden en inzettingen afgeveeken, wy hebben dan ook verdient met alle strengheid gestraft te worden: maar by u is barmhartigheid en verzoening. Daarom bidden wy u om vergiffenis, werp weg de geezelroede die gy in de hand genoomen had om ons te slaan. Bevryd O Heere, O God onzer vaderen, bevryd ons land, bevryd onze steeden van alle onheil, en op dat wy nooit meer door eene nieuwe trouweloosheid wederspannig worden, zoo maakt dat wy altoos vreezen de slaagen van uwe schrikkelijke regvaardigheid.

Ziet, Alderlieffte Broeders, zoo moeten wy denken, zoo moeten wy spreken: en wyl de gebeden veel kragtiger zyn als zy van veele te gelyk voor den throon van Gods barmhartigheid worden uitgestort, zoo verhoopen wy besonderlyk verhoort te worden als wy, op den door de HOOGE

\* Daniel.  
9. v. 5.  
&c 16.

OVERHEEDEN dezer Landen bestemden dag, ten dien einde in onze Kerken zullen vergaderen om met eene volmaakte vereening van hert en ziel den hemel een heilig geweld aan te doen op dat hy ons mogegenadig zyn.

Daarom hebben wy goedgevonden op Woensdag 7. Maart, in ons Bisschoppelyk gewaad, te houden eene Solemneele Hoog - Misse *pro pace* met het uitstellen van het ALDERHEILIGSTE, na welke wy nederknielende zullen leezen de Litanie van alle Heilige met de opvolgende versen ende gebeden, gelyk wy sfiptlyk beveelen dat in alle de Kerken van onze Diocese insgelyks zal geschieden: voorders willen wy dat er naa middags Solemneel Lof zal gehouden worden onder het welk den 50.sten en 121.sten Psalmen zullen gezongen worden. En niet tegenstaande wy ten vollen verzeekert zyn van den Godsdienstigen iever onzer Geesteleike Onderdaanen, om deeze algemeene gebeden naarstigst, by te woenen, verleen wy nogtans ten dien einde

veertig daagen AFLAAT ieder maal zy in een van de twee gemelde Godlyke diensten zullen tegenwoordig zyn.

Ende op dat dit kooome tot kennisse van een-ieder, belasten wy dat deeze onze Herderlyke vermaaning in alle de Kerken na gewoonte afgekondigd worde.

Aldus gegeven tot Grave in onze Bisschoppelyke Residentie den 22 February 1804.

L. A. S.

Was onderteekent: *J. B. R. Bisschop*,  
voor dezen, van Ruremonde.

Ter bevel van Zyne Doorlugtigste  
Hoogwaardigheid den Heer Bif-  
schop voorn.

Tegengeteekent: *F. A. Consgen*  
Secret.



DIONYSII CARTHUSIANI

*Vita Sancta, Pretiosa Mors & Scriptorum Laudes.*

Inferatur  
ad annum  
1471.  
fol. 128.

*Dionysius a Leewis* patriâ *Ryckelius* (quod *Hasbania* Municipium est, Ditionis *Leodiensis*, duobus circiter milliariis a *S. Trudonis* Oppido distans) natus ann. Dom. 1402. Parentibus admodum honestis, non infimæ Conditionis, quibus avitum genus de *Leewis* indidit nomen.

Hic antè vigesimum ætatis annum ad *Ordinem S. Brunonis* (olim *Fratres Eremitæ*, seù a loco primi incolatûs *Carthusiani* dicti sunt) in duabus ejusdem Ordinis domibus, *Diestensi* scilicet & *Ruræmundensi* Habitu postulato & ab utrâque ad maturiores annos dilatus, interim ad *Studia* in insigni *Academia* *Coloniensi* se contulit, ubi in *Studiis* non parùm profecit, & ætate debitâ attentâ *Carthusiam Ruræmundensem*, domum *Bethleem* nuncupatam repetiit, Habituque Ordinis ibidem denuò humiliter postulato gratulabundè susceptus est, & *Novitiatûs* anno feliciter peracto, *Professus*. Deindè presertim incipiens, perfectiusque indies proficiens, perfectissimè tandem cursum consummavit 12. *Martii* 1471. Ætat. 69. *Relig.* 47.

*Doctôris extatici* nomen meruit a frequenti extasi, quâ sæpè extrâ se raptus vidit *Arcana Dei*; nam multa futura

prævidit & sæpè prædixit, maximè verò clades *Ecclesiæ* imminentes, pro quibus avertendis diu noctuque orabat; *Principes* quoque litteris, & aliis quibus poterat modis hortabatur & urgebat, ut sui & gementis *Matris Ecclesiæ* misererentur; arguebat, obsecrabat, ut a sceleribus desisterent, scandala tollerent & ut morum tandem emendatione iram *Dei* averterent.

Multa de omni ferè subjecto scripsit, itaut multifaria ejus scientia omnibus admirationi fuerit.

Huc accedit, quod tanta *Pietas* & tanta eruditio in scriptis ejus enituerit, ut non solum *Ordini* suo ornamentum extiterit, verum etiam *studiorum* ejus nutritrix *Alma Colonia* eum sibi ornamentum vindicet; insuper & ipsi *Ecclesiæ* splendorem addidisse ex eo patet, quod *Eugenius* *Papa IV*, ex libris ejus uno perlecto, in hæc verba proruperit: *Læteur Mater Ecclesia, quæ talem habet Filium.*

*Carolus* quoque *Geldriæ Dux* de tanti *Viri Sanctimoniâ* & *Doctrinâ* debitè informatus litteras ad *Facultatem Theologicam* *Coloniensem* dedit, cui ejus opera ad *Reipublicæ Christianæ* bonum valdè conducentia enixè commendat. *Litteræ* (1) cum

(1) Extant hæc litteræ pro *Prefatione* *Commentariorum* ejus in *Epistolas D. Pauli*, unâ cum *Vita* hujus *Doctôris extatici*. edit. *Colon.* in 8. ann. 1530.

Decreto Facultatis Theol. hic sub-  
junguntur :

*Carolus Dux Geldriae et Juliae, Comesque Zutaniae, Gruningensium, Co-  
vordia, Drenthiaeque Dominus, Exi-  
miis Dominis Theologis Colonien-  
sibus, S.*

Inferatur  
ad ann.  
1530. fol.  
45

Cum nihil unquam esse magis pro-  
prium & dignius officio Nostro existi-  
maverimus, Venerabiles Patres, quam  
totis semper viribus conari, ut Fidei  
Christianæ Cultus non solum in vigore  
suo perseveret & crescat, sed etiam  
Doctrina ejus sincera permanens &  
libera perfectam teneat sui fulgoris  
potentiam, quæ & Hæreticorum nebu-  
las discutere, & æmula eorum ful-  
gura atque incendia possit extinguere  
& obscurare.

Intelligentes itaque non admodum  
multos ante annos fuisse *Dionysium*  
quemdam *Rickell*, Virum sanctimoniâ  
vitæ admirabilem, & Sacrarum Lit-  
terarum scientiâ ultra communem  
fortis humanæ facultatem vehemen-  
ter exercitatum; qui in Oppido Nostro  
Ruræmunda Sacri Ordinis Carthu-  
siani Monachus cum esset, plurima  
ibi conscripsisse opera ad Reipublicæ  
Christianæ bonum valde conducentia  
dicitur:

Referente scilicet id Nobis & indi-  
cante pio ac religioso Patre *Lamberto*  
*Pascuali* Carthusianorum apud Con-  
fluentinos Rectore primario, aliisque  
pluribus viris doctis;

Operæ pretium esse duximus, vestris  
illud eruditæ Excellentissis indicare, ro-  
gantes ut conquisita ejus opera jam dicta  
Vobis exhiberi faciatis, & doctrinarum  
vestrarum solitâ diligentiam examinetis,  
proque utilitate Religionis Christianæ  
existimetis ipsa, approbantes authori-  
tate vestrâ quæcumque digna sunt,

ut in publicum edita legantur, ad  
Christianæ Fidei, jam apud plurimos  
(proh dolor!) vacillantis, robur & re-  
parandum & confirmandum.

Eorum enim per Typographos edi-  
tionem mox fieri ad Limas & ap-  
probationes vestras mirum in modum  
cupimus; sperantes in hoc negotio rem  
fieri utilem & acceptabilem Christo  
Domino, qui Vos ad Ecclesiæ suæ  
sanctæ custodiam & defensionem in  
doctrinâ perfectâ & vitâ sanctâ fanos  
& longævos conservet.

Datum ex oppido nostro Arnhem,  
die XXIII. Februarii anno MDXXX.

Signatum erat : *Carolus.*

Ut piissimæ Principis petitioni mo-  
rem gereremus, quoniam & id stu-  
diosissimis quibusque lectoribus arbi-  
trati sumus gratissimum, visum est  
nobis, ut ex innumeris à præfato Dio-  
nysio Carthusiano viro undecumque  
doctissimo examinatis operibus, Com-  
mentarii in Paulinas Epistolas primùm  
omnium prodirent in lucem, ut si illi  
placebunt, & reliqua postea ederentur.

Subsignatum : *Decanus et Magistri*  
*facultatis Sacræ Theologiæ studii*  
*Colonienfis.*

At tantum lumen in tenebris soli-  
tudinis diu latere minimè licuit. Sol,  
non obstantibus nubibus opacissimis,  
Mundo diem suppeditare non desinit;  
nam licet Vita ejus in Christo abs-  
condita fuerit, tamen ad Gloriam Dei  
& Utilitatem Proximi ex solitudine  
dilectâ eductus, ab Eminentiss. Card.  
& Sedis Apostolicæ Legato *Nicolao*  
*de Cusa* Virtutum & Doctrinæ tanti  
Viri Odore tractus in adjutorium as-  
sumptus est, autumans talem ad Le-  
gatûs sui Munia feliciter obeunda sibi

utilem imò & perquam necessarium fore : nec fefellit eum opinio, nam famam operibus vicit, & decuplo plus in ipso invenit quam fama sparserat; maximè verò in reformatione Monasteriorum feminarum æquè ac virorum utilis fuit; nec solâ contentus reformatione, ut in bono proposito permanerent, egregia documenta Reformatiſ etiam conscripta reliquit; & in hoc genere multùm præluxit, cum omnes ferè Ordines præsertim in his Regionibus Sermones ejus publicè in Conventu summo cum studio legant, & ut sæpè & ubique legantur Superiores invigilent: insuper plurimos composuit Sermones omni statui aptissimos, ex quibus materia copiosa Prædicatoribus valdè commoda erui poterit.

Inter alia in ejus vitâ admiratione digna singulare hoc occurrit : fertur enim, quod non obstante Officiorum Ordinis prolixitate tam in Choro quam in Cellâ persolvendorum, quibus singulis cum aliis Ordinis oneribus plenè satisfecit, non obstante summâ ipsius assiduitate in Libris scribendis & Divinis meditandis, integrum quotidie Psalterium recitaret.

Porro post Matutinas in Choro cum aliis Confratribus strenuè & devotè cantatas ad quietem numquam rediit, sed obtentâ super hoc Superioris licentiâ, toto tempore, quo alii quieti indulgebant, Divinis meditandis & Libris scribendis insudabat, quo tempore maximè, Vigiliis scilicet his nocturnis, strepitu, clamoribus, cachinnis, stridoribus, ejulatibus, campanæ sonitu, & id genus aliis, quibus occupationes ejus sanctæ interromperentur, a Spiritu maligno sæpissimè infestabatur; sed in principio rei novitate licet aliquatenus indè turbaretur animus, postea verò hos-

tis iniqui cognitâ versutiâ, audacior factus, & in Domino confidens hæc & similia contemnebat, quoties occurrerent.

Cum vigilandi post Matutinas veniam petenti objiceret Superior, tantas vigilias & tam continuam animi applicationem capiti ac pectori verisimiliter ita nocere posse, ut Ordinis oneribus vires indè attenuatæ vix sufficerent, sic respondisse fertur : *Caput mihi ferreum est et Pectus æneum*; & reverà Caput ejus seu Cranium aliis duplo *crassius* cernitur, & indè Cerebrum benè munitum & custoditum credi poterit.

Ergà Eundem religioso admodùm affectu ducebatur *Cuyckius*, II. Episcopus Ruræmund. & quantum profecerit in investigandis et reperiendis ossibus B. Dionysii Ryckelii, patet ex subjectâ Epistolâ, quam ipse ad Rev. Patrem Generalem, Priorem Majoris Cartusæ ann. 1608. dedit, cujus hic Copia :

Inseratur  
ad ann.  
1608. fol.  
208.

*Admodum Reverende P. Prior.*

Non sine fructu Cartusiani Patres & Fratres, pro D. Dionysii Rickelii reperiendis ossibus Deum orasse videntur. Qui in hac Cartusia Ruræmundensi hæctenus superfuit senior Sacerdos F. Henricus Kerckenus, quinquagesimum annum in Ordine superans, & locum quietis Rickelii, uti à majoribus acceperat, in quadam latitudine designare solebat. Nuperrimè verò, hoc est vigesimo secundo Mensis Martii die, Anno 1608. in Domino obdormivit. Quam occasionem prudenter arripiens Venerandus hujus Cartusianæ familiæ Prior, Dionysianæ sepulturæ à Kerckeno demonstratum locum aperiri jussit, & investigari, ut Kerckenum ( qui Dio-

Copia  
epistolæ  
Episcopi  
Ruræ-  
munden-  
sis ad  
Magnæ  
Cartusæ  
Priorem.

nyfii quoque cellam ad mortem usque inhabitat) eodem in loco, quem DIONYSII esse dixerat, condiderat; idque ex adverso Altaris illius, in quo vivens Dionysius sacrificare solitus erat, quod ante 54. annos, quando universa penè Ruræmundensis Civitas cum Monasterio ac Templo illius incendio conflagravit, fillum, disruptum, profanatumque erat: quo eodem in loco antè proximos sex menses in die Sancti Dionysii Arcopagitæ & Martyris, ac ad illius memoriam, aliud est erectum. & à nobis consecratum Altare. Quum ergò vigesimo secundo Martii die (qui stylo veteri Magni etiam Gregorii & Richelii mortis fuisset dies) è vivis excessisset Kerckenus, perticas seu stipites duos eo in loco ubi Dionysiana ossa quiescere putabantur defixit Prior; quibus post profundam admodùm fossionem (cui incendii rudera ansam dedisse videntur, ut jam altius multo & elevatius sit cœmeterium, quam fuerit antea) Dionysii cranium, & plantæ è directo infernè respondebant: reliquis etiam totius corporis ossibus, ordine & naturali situ, post centum & triginta septem exactos annos, concinnè adhuc dispositis: iisque omnibus indè extractis, in loculum Dionysii F. Henricus Kerckenus humatus est. Calvaries autem DIONYSII & reliqua ossa proceri & robustissimi viri specimen referunt, & signum habent hominis balbutientis, propter prominentes anteriores mandibularum dentes: quo vitio Dionysium laborasse autor est, qui vitam illius conscripsit Theodorus Loërius, Stratensis. Ossa igitur hæc religiosè nunc in Ruræmundensi Cartusia asservantur, donec divina bonitas illustrioribus ea miraculis coruscare fecerit; quò possint ad majorem Dei gloriam, Sedis Apосто-

licæ interveniente authoritate, honorificentius elevari. Quod superest oro clementissimum Deum, ut Carthusias omnes per universum Christianum orbem diffusas, suis donis adaugeat, & me meritorum omnium faciat participem. Ruræmundæ 10. Aprilis anno 1608.

Porrò Eximius Magister noster (ait Havenfius in Commentario suo *De erectione novorum in Belgio Episcopatum Lib. 3.*) Doctor Petrus Pollino, Decanus Ecclesiæ Cathedralis Ruræmundensis, nostris enarravit caput, cui peculiaris reservatus est honos, perpulchrè exornatum, etiam insignem odoris fragrantiam redolere. Et sanè mirabile est, quod cum magno labore sublatis prius rudibus corpus erueretur, illud inventum fuerit integrum suis adhuc pro majore parte membris cohærens, post annos quibus vir sanctus obdormivit in Domino centum triginta septem: & præsertim quod pollex & index, duo nimirum scribendorum librorum instrumenta maximè necessaria quibus ille usus est ad Ecclesiæ utilitatem & multorum salutem, integriores sint reperti.

SEQUUNTUR eximia Testimonia Virorum insignium de Pietate & Doctrinâ ejus.

*Joannes Trithemus* summâ veneratione de ipso scribens dicit, hunc *Dionysium studiosum valdè litterarum sacrarum, nec humanarum ignarum, Philosophum egregium, subtilem, potentem opere et sermone, mirum in modum pium, et Revelationibus Divinis insignitum. etc.* deindè addit: *Tot et tanta scripsit, ut Divo Augustino Librorum numero comparatus, cæteros Scriptores latinos facillè superaverit: ità nihilominus Orationi deditus, ut mirum sit quomodo in tam continuâ Oratione minimum quid scribere*



potuerit, ac è diversò in Libris scribendis ità occupatus, quomodo Orationi vel minimè vacare?

Petrus Dorlandus ejusd. Ordinis Carthusiensis circa illa tempora florens multa de Revelationibus ejus scripsit; sed de Vitâ & Occupationibus hæc pauca tantùm perstringens generaliter ait: *Dionysius fuit Contemptor sui, Exercitiis spiritualibus et litterarum Studiis adeò occupatus, ut cibum sæpè negligeret, et ad vesperum sæpius prandium differret.*

Petrus Blomeyenna Carthusiæ Coloniensis Prior inter alia asserit, *Dionysium Spiritûs Sancti afflatu quam ope humanâ plus didicisse, maximè propter munditiam et innocentiam ab infantia ei insitam, quâ Pietati et Litterarum Studiis libentius indefessè inhæreret.*

Petrus Arnoldus Bostius lib. de Viris illustribus Carthus. Ord. sic ait: *Dionysius altivolus Cælestium Contemplator & Scriptor verè pius in otio occupari & in occupatione otuari verè didicit. &c.*

Joannes Bomberch in explicandis Psalmis singularem ejus Spiritum summo perè miratur.

Guilielmus Eysengreim vocat eum Philosophum subtilem, Historiographum veracissimum, excellentissimum Theologum, Deo afflatum. &c. Idem Sixtus Senesius affirmat.

Ludovicus Granatensis Sanctitatem & Doctrinam ejus, maximè in decem Contemplationis gradibus elucidandis plurimùm extollit.

Bellarminus eum Sanctissimum ac Virum doctissimum nuncupat.

„Blozius asserit, eum non solum inter  
„ Sanctissimos, verùm etiam inter Doctissimos & maximè Deo afflatos numerandum esse, addens ipsum solum septem Articulos explevisse, quos a nullo alio Scriptorum Catholico exaratos invenimus, qui sigillatim ordine

„ suo in eodem Authore explicantur.

„ *Jacobus Alvarez Societ. Jesu de Dionysio* sic fatur: „ Clarissimus Dionysius Ryckelensis Ordinis Carthusiensis gemma pretiosa, Solitariorum normam præstantissimam Nobis tradidit non solum Exemplo verùm etiam Scriptis modo sequenti &c. Tom. I. de vitâ spirituali. Lib. 2. part. 4. p. 332. edit. Lugd. & alibi ait: *Dionysius Ryckelensis* mirum in modum doctus & sanctus, quem propter sublimes Doctrinæ volatus Doctorem sublimem meritò nuncupamus.

„ *Aubertus Miræus* hisce verbis eum alloquitur: „ Tot tantæque Virtutes te prædicant, *Dionysi*, ut difficilius finem quam principium invenire liceat &c. Studia, quibus in Solitudine insudasti, licet per te latere potuissent, per Eminentiss. tamen Card. Nicol. de Cusa evocata sunt in sui juvamen in Ecclesiæ negotiorum administratione. Tuo Consilio tota Respublica Christiana adjuta plurimùm & sublevata est.

*Carmina in ejus Laudem concinnata.*

Tu Sacræ Historiæ clavis, lucisque fenestra es;  
Magnum a te capiunt Biblica Scripta decus:  
Tu veterum umbrarum, Dionysi, Ænigmata pandis;  
Euis, arque diis aurea sensa libris.  
Ergò alter meritò succensâ luce Promethæus  
Diceris, Historiæ Solque jubarque Sacræ.

CONTINUATIO

*Episcoporum Tongrensium sive Leodiensium.  
Saculum XVIII.*

XCIV. Georgius Ludovicus Comitis Bergensis filius ann. 1724.

XCV. Joannes Theodorus Cardinalis, Ducis Bavarie filius. ann. 1744.

Inseratur  
fol. 161.

XCVI. Carolus Nicolaus Alexander ex Comitibus ab Oultremont ann. 1763.

XCVII. Franciscus Carolus ex Comitibus à Velbruk ann. 1772. Obiit 30. Aprilis 1784.

XCVIII. Cæsar Constantinus Franciscus Comes de Hoensbroek ann. 1784. Obiit 3. Juny 1792.

## E L E N C H U S

*Canonicorum Cathedralis Ruræmundensis.*

Reverendiss. Dom. *G. Lindanus* Episc. I. Ruræmund. Ecclesiæ suæ possessionem adiit 11. May 1569. quo tempore residebant novem Canonici sequentes :

Inferatur  
fol. 250.

*Mgr. Arnoldus à Dart* S. T. L. electus Decanus ann. 1568. Resignavit Decanatum 2. Aug. 1569. *Theod. Haen*, & Coloniam recessit.

*Bado Badonis* Senior Can.

*Theodoricus Haen* Decanus ab ann. 1569. in locum *Arn. à Dart* : fuit antea *Theodoricus* Pastor Ruræm. & ann. 1570. interfuit Concilio Provinc. Mechlin.

Anno 1572. die 23. Julii irrumpentes in Urbem & Carthusiam Ruræmund. Geusii dictum Decanum graviter in capite sauciarunt, similiter in humeris seu scapulis atque pectore, tandemque variè exagitatam passi sunt redimi mille daleris. Ità *Havensius*.

*Joannes Lomme*, Vir Nobilis, qui dictis Geusii bis numeratâ grandi pecuniâ, vitam conservare, & se ab impendente morte eximere coactus fuit.

*Wilhelmus Squaeden* aliàs *de Weert*, qui ann. 1570. interfuit primo Concilio Provinc. Mechlin.

*Joannes Cruchten*, nominatus a Magistratu Ruræmund. Decessit ann. 1575. *Henricus Hartefeldt*.

*Hubertus Platvoet* Cantor, ad Præsentationem Nobilis Familiæ de *Hillen*. Cessit vel Decessit ann. 1579.

*Gerardus de Meer* Buscoducensis, primus Archidiaconus Ruræmund. de quo præfat. *Havensius*, exponens factionis geusicæ crudelitatem & rabiem, sic ait : „ *D. Gerardum*  
„ *Meranum* Canonic. Archidiac.  
„ Virum insigniter doctum, S. T. L.  
„ oportuit ter laqueum collo in-  
„ jectum deprecari, soluto pretio  
„ redemptionis: cumque jam tertio  
„ eum strangulare aggredierentur,  
„ atque ipse peteret vel unum hauf-  
„ tum vini, quo sitim quæ ipsum  
„ vehementer affligebat restingue-  
„ ret, simulque postularet spatium  
„ tantilli temporis, quo ter Domi-  
„ nicam Orationem pronuntiaret,  
„ atque ità se ad mortem compa-  
„ raret, supervenit quædam honesta  
„ catholica Mulier, quæ ab eo, qui  
„ locum aut vices tenebat Princi-  
„ pis, multis Precibus obtinuit, ut  
„ sibi donatus dimitteretur; non  
„ tamen absque multis diceriis &  
„ scommatibus, Virumque ità sibi  
„ donatum in ædes suas recepit.  
„ Quod dum postea Geusii rescis-  
„ cerent, irruunt in domum dictæ  
„ Mulieris, fores effringunt, ho-  
„ minemque absconditum inqui-  
„ runt: inveniunt latentem sub  
„ tecto, quod ex pluvîâ humectat-  
„ tum, præ nimîâ fiti quæ illum  
„ enecabat, mortemque allatura  
„ ipsi videbatur, lambebat; denuò  
„ rapiunt captivum, coguntque  
„ tertiâ vice pro sui redemptione  
„ centum daleros pendere. Postea  
„ voce Præconis proclamatur ac  
„ mandatur severissimè, ne quis

„ audeat ullas Personas Ecclesiasticas domi retinere vel abscondere; sed teneatur quisque sub pœnâ capitis eosdem prodere & denunciare: undè factum est, quod omnes Cathedralis Ecclesiæ Canonici in manus hostium venerint, excepto uno Sene Domino Scholastico, qui tamen graviter læsus fuit, &c.

Ann. 1570. 18. Octob. Reverendiss. D. Lindanus receptus est ad Præbendam præf. D. *Badonis*, Autoritate Apostolicâ Episcopatu incorporatam. Obiit 2. Novemb. 1588. ætat. ann. 63.

*Paulus Severini* admittitur 20. Octob. 1575. in locum *Joann Cruchten* ex præsentatione Magistratûs Ruræmund.

*Burchardus Meurs* aliàs *Moers* receptus in locum præced. D. *Severini* 11. Sept. 1577. ex præsent. Magist. Ruræmund. Renunciavit ann. 1587.

*Reinerus Buysers* Pastor in Neer, renunciatus Canonic. in locum *Hub. Platvoet* Cant. 27. Junii 1579. ex præsent. Dom. *Reineri de Hillen* Satrapæ in *Montfort* Patroni Secularis.

*Gregorius Gherinx* Trudonensis, J. U. L. receptus in Confratrem 28. Junii 1580, ex præsent. Venerab. Dom. *Joannis Lom.* Electus in Decanum 15. Junii 1586. loco *Theod. Haen.* Erat etiam Officialis & Sede dudum vacante Vicarius Generalis. Obiit 16. Aug. 1601.

*Clemens Crabbeels* Lovaniensis, S. T. L. primò Secretarii munus apud *Corn. Jansenium*, I. Gandav. Episc. obivit, dein successivè in Cathedrali Gand. Canonicus, Officialis & primus Archidiaconus, & Sede vacante, Vicarius Generalis.

Ann. 1577. prædominantibus in Belgio Hæreticis ac seditiosis hominibus, *Crabbelius* die 17. Januarii 1578. per Rebelles ab Officio ac jurisdictione Vicar. Gen. impeditus Gandavo exire cogitur, unâ cum Canonicis Confratribus, quorum aliqui Tornacum, alii Insulas confugere.

In hæc pressurâ mortuus est Insulis D. *Marcus Sterck* Decanus Gand. ac mox Canonici simul convenientes D. *Crabbelium* absentem (erat enim Colonæ, ubi de Pace Belgii agebatur) in Decanum elegerunt ann. 1578. die 27. Septemb. Hic Decanatus sui possessionem procuratorio nomine cepit Tornaci 20. Febr. 1579. atque in Officio Vicar. Gen. in locis Hispaniarum Regi subjectis perrexit, jubente ipso *Alexandro Farnesio* Parmæ Duce, Belgii Governatore.

Interim Gandavo necdum subacto, ad præsent. Episcopi Ruræmund. & Capituli die 28. Junii 1581. obtinet Præbendam in Cathed. per resignationem Mgri. *Jacobi Jansonii* Amstelodamensis, S. T. D. Lov. Collegii Pontificii Præsidis &c., quo tempore Aldenardæ munia Pastoris primarii exercuit: tandem ann. 1584. sese ad Buscoducensem Episcopatum destinari intellexit: mox die 28. Decemb. possessionem adiit, procuratore D. *Luca Dielen* Decano Buscod & die Epiphaniæ subsequentis anni Pontificali Characterè insignitus est Tornaci à *Maximiliano Morillono* hujus Urbis Episcopo, assistentibus *Matthæo Moulartio* Atrebatensi & *Joanne Sixio* Audomarensi Episcopis, eodem tempore eademque Solemnitate, quâ D. *Petrus Simons* Iprensium Episcopus consecratur. Ipse dein personaliter 5. Aprilis sequente magnâ cum Solemnitate deductus est in Ecclesiam Cathedralē.

Per annos septem ac menses decem

summâ cum laude Munia adminiftravit Episcopalia, maximè fatagens, ut Diœcesim suam ab Hæreticorum zizaniis expurgaret: tandem bonus Præful exhaustus & apoplexiâ tactus Sylvæducis interiit die 22. Octob. 1592. terræ mandatus in Choro Ecclesiæ Cathed. absque Epitaphio.

Symbolum hujus Antistitis erat: *Tempus faciendi Domine*, ex Psalm. CXVIII.

*Peregrinus Pullenius* Stralensis, quem *Lindanus* Ruræmund. Antistes Presbyterum ordinatum in partem sollicitudinis vocavit, Cathedralis suæ Canonicum, Scholasticum ac Seminarii Clericorum Rectorem constituit, simulque Beghinis Ruræmund. Pastorem dedit; & non solum arcana sui pectoris ei commisit, sed et vix quidquam difficile aut arduum ipso inconsulto inchoavit. *Lindano* ad Ecclesiam Gandav. translato, ipse honorum fugitans, Colonix primùm, deindè Leodii, demùm Sylvæducis latere voluit, re ac voluntate pauper, Virtutibus dives, Pietate insignis, Contemplatione præcipuus. Multa scripsit, quæ Sylvæducis in manibus Piorum, atque in pretio sunt: ibidem cum opinione Sanctitatis vitam finivit ann. 1608. 20. Julii, sepultus apud Virgines Clarissas.

*Lambertus Maerselbroeck* Decret. Lic. Canonic. Cathedralis Leowardensis, exul, fit Canonic. Ruræmund. 6. Julii 1582. ex præsent. Episcopi & Capituli in locum *Gerardi de Meer*. Obiit ann. 1605.

Frater *Wynandus à Kirckraet* Procurator Monasterii Regular. Ruræm. eligitur ibidem Canonic. 2. Octob. 1583. ex præsent. Episcopi in locum *Arnoldi à Dart*. Vivere desit ann. 1599.

*Antonius Thielenius* S. T. B, Pastor Weerthenfis in Confratrem receptus ex præsent. .... die 7. Januarii 1586.

*Jacobus Franco* S. T. D, constitutus Canonic. ex præsent. Dom. *Wilhelmi de Weert* 23. May 1586. Obiit ann. 1601.

Mgr. *Joannes Kuyckhoven* Ruræmund. ad Præbendam admissus 28. Junii 1587. ex præsent. Magistratûs Ruræmund. vigore Resignationis Mgr. *Burchardi Meurs*, aliàs *Moers*. Renunciavit ann. 1616. in manus Magistratûs.

*Marcellus Bouckhorst* Harlem. S. T. L, electus Canonic. Ruræmund. ex præsent. Decani (Sede vacante) & Capituli in locum *Theodorici Haen* Dec.

Reverendiss. Dom. *Henricus Cuyckius* Episc. II. Ruræmund. S. T. D, Ecclesiæ suæ possessionem accepit, & solemniter receptus à Clero, à Senatu Regio, à Collegio eorum, qui à rationibus Regis sunt, atque à Magistratu die 9. Aug. 1596. Moritur ibidem 7. Octob. 1609. ann. ætat. 63.

Mgr. *Joannes Belens* J. U. L, Canonicatum adeptus 1. Martii 1597. ex præsent. Episc. Dec. & Capituli loco Reverendiss. D. *Clem. Crabbeels* quondam Episc. Sylvæducensis.

*Petrus Pollius* S. T. D. ad Præbendam admissus 18. Martii 1599. in locum *Marcelli Bouckhorst* ex præsent. Episc. & Capituli: deindè Archidiaconus, & 14. Martii 1602. electus Decanus. in fata concessit 21. Decemb. 1626.

*Hieronymus Gherinx* J. U. L, electus Canonicus graduat. 18. Martii 1599. loco Fr. *Wynandi à Kirckraet*.

*Fredericus Joannis* Cantor ann. 1600, dum Cantoratui unita fuit una è veteribus Præbendis de assensu Dom.

DUCATUS GELDRIÆ

179

- Reineri de Hillen* Satrapæ Montfordienfis tamquam Patroni dicti Cantoratûs.
- Othgerus Gartherius* Pastor Stralensis, admissus Canonicus Graduat. 16. Aug. 1601. post mortem D. *Gregorii Gherinx* Dec. Renunciavit paulò post.
- Olivarius ab Houthem*, receptus in Confratrem 14. Sept. 1601. in locum præf. *Oth. Gartherii* ex præsent. Episc. & Capituli. Obiit ann. 1626.
- Antonius Hulfelmans* S. T. D, Pastor in Cæsaris - Weerdâ inter Canonicos cooptatus 24. Sept. 1601. loco *Jacobi Franconis* ex præsent. Episc. & Capituli. Paucis Mensibus supervixit.
- Servatius Sassenus* Lovanienfis, S. T. L., ad Præbendam admissus 17. Decemb. 1601. in locum præf. *Ant. Hulfelmans* ex præsent. Episc. & Capituli.
- Guilielmus à Randenraedt* J. U. L., renuntiatus Canonicus 31. Martii 1604. loco *Hieronymi Gherinx*, Possessionem adeptus 12. Junii seq. Moritur Officialis ac judex Diæc. 8. Decemb. 1636.
- Lambertus Dyck* J. U. L. Præbendam obtinuit 18 Junii 1605. in locum *Lamberti Maerselbroeck*; possessionem adiit 21. ejusd. Mensis. Obiit proximo Mense Octob.
- Henricus Moetz* J. U. L., electus Canonicus 13. Decemb. 1605. loco præf. *Lamb. Dyck*. Accepit Possessionem per Procuratorem 30. Junii 1606. Resignavit liberè ann. 1621.
- Reverendiss. Dom. *Jacobus a Castro* Amstelodamensis, S. T. D, Episcopus III. Ruræmund. Possessionem adiit 19. May 1611. vixit annos LXXIX. Sedit ann. XXIX catharro suffocatus Ruræmund. 24. Febr. 1639.
- Joannes à Wierds* Noviomagenfis, admissus 6. Junii 1613. ad Cantoratum & Præb. in locum *Frederici Joannis* ex præsent. Dom. *Reineri de Hillen*. Resignavit ann. 1636.
- Gerardus Cruysancker* Med. D. inter Canonicos cooptatus 9. Aprilis 1615. in locum *Hen. Hartefeldt*; idque ex præsent. solius Episcopi, quia hæc Præb. a tempore erecti Episcopatus non vacaverat. Vivis excessit ann. 1630.
- Petrus Kuyckhoven* S. T. L. in Univ. Colon. Possessionem Præb. accepit 31. Martii 1616. per liberam Resignationem *Joann. Kuyckhoven* ex præsent. Magistratus Ruræmund. Postmodum ann. 1627. a Capitulo suo electus Decanus. fato cessit 20. Junii 1641.
- Joannes Snyder* S. T. L. Lector Seminarii Ruræmund. ann. 1621. successit in Præbendam *Henr. Moetz* per resignationem ex præsent. Episc. & Capituli, quam reposuit in manus Capituli ann. 1637.
- Theodoricus Cox* J. U. B., electus Canonic. ann. 1626. loco *Oliv. ab Houthem*, Scholasticus. Ann. 1641. eligitur contentiosè in Decanum cum seq. *Joanne Cox*. Vivere desit ann. 1646.
- Gerardus Cox* J. U. B., ann. 1627. per Capitulum in Confratrem receptus loco Dec. *Pollii*. Post biennium renunciavit.
- Joannes Cox*, electus ann. 1629. Canonic. in locum *Gerardi* Fratris sui resignantis. Ann. 1641. eligitur contentiosè in Decanum cum præf. *Theodorico Cox*. Postmodum Scholasticus. Obiit plenus dierum ann. 1689.
- Baldwinus de Gaulle* Bruxellensis, J. U. L., *Hieronymi* Cancellarii Geldriæ Filius, in Confratrem adeptus 29.

- Novemb. 1630. loco *Gerardi Cruys-  
ancker* defuncti.
- Joannes à Vined* Canonic. & Cantor;  
post multas altercationes tandem  
de Consensu Patroni secularis ad-  
missus est ad Residentiam in locum  
*Joann. à Wierdt*. extremum diem  
clausit ann. 1642.
- Antonius Bossman* J. U. L. ann. 1636.  
a Capitulo in Confratrem assumptus  
loco defuncti *Guil. à Randenraedt*.  
Ann. 1650. pridie diei cinerum a  
Capitulo suo in Decanum electus  
est secundum antiquam ibidem  
consuetudinem; sed ann. 1652.  
Rex Hispan. alium nominavit, sci-  
licet Dom. *Jacobum ab Oeveren* &c.  
vide infra. Obiit *Ant. Bossman*  
ann. 1658.
- Theodorus Moutz* J. U. L. Canonicatum  
adeptus 23 Junii 1637. post renun-  
ciationem *Joann. Snyders*. Permu-  
tavit ann. 1655.
- Henricus Dilsen* J. U. L. Præbendam  
obtinuit, vacantem per obitum  
*Petri-Kuyckhoven* ad præsent. Ma-  
gistratus Ruræmund. factam in  
hunc modum: Magistratus quæ  
Patronus (post scrutinium duo-  
bus nempe DD. *Theodoro ab  
Elmt* S. T. L. & *Henrico Dilsen*  
J. U. L. quoad vota repertis  
paribus) negotium ad Capitulum  
Cathed. detulit, ut ex his duobus  
unum eligeret; sic pridie Paschatis  
1641. fors cecidit super *Dilsenum*,  
qui annumeratus est cum cæteris  
Canonicis; fuit postea Officialis. vi-  
vere desit ann. 1680.
- Paulus Hayet* ann. 1642. admissus ad  
Cantoratum & Præb. loco *Joann.  
à Vined* ad præsent. Nobilium DD.  
*de Hillen* Patron. laic.
- Gerardus Bossman* receptus in Confra-  
trem 20. Aug. 1646. loco *Theod.  
Cox* defuncti ex præsent. Capituli  
(vacantibus Sede Episc. & Deca-  
nati) Obiit die . . . Martii 1662.
- Peregrinus Vogels* Ruræmundensis  
S. T. L. ab Innocentio X. Pont.  
ann. 1649. jure devoluto denomi-  
natur ad Decanatum Ruræmund.  
(ab ann. 1641. inter *Coxios* con-  
troversum) & à Philippo IV. Hispan.  
Rege Ruræmund. Antistes deligitur,  
quem mors priusquam Infulas  
indueret abripuit 4. Octob. 1649.  
ann. ætat. 74. fuit antea *Vogelius*  
Pastor in *Neer Weerth*, hinc in Re-  
gale Aquensium Capitulum Cano-  
nicus assumitur, mox Archipref-  
byter, necnon sacri ibidem Consilii  
Præses, trium Præbendarum in  
Cathed. Ruræmund. totidem Bur-  
sarum Lov. ac multarum alibi  
Fundator &c.
- Reverendiss. Dom. *Andreas Cruesen*  
Mosæ trajectensis, S. T. D. Epif-  
copus IV. Ruræmund. Ecclesiæ  
sue Possessionem cepit 10. Aug.  
1651. post annos 6. ad Cathedram  
Metrop. Mechlin. translatus ex hac  
mortali vitâ evocatus est Bruxellis  
8. Novemb. 1666. ætat. sue LXXV.
- Joannes Allards* Cantoratum cum  
Canonicatu annexo obtinuit ann.  
1651. permutavit ann. 1657. &  
aliam Præb. consecutus est.
- Gerardus Huberti* J. U. L. electus 4.  
Febr. 1655. ad Præbendam vet.  
corporis vi permutationis initæ  
cum *Theod. Moutz*, qui consequen-  
ter obtinuit Personatum de *Zee-  
num* in Diœc. Ruræmund. Decessit  
12. Aug. 1682.
- Joannes van Lith* admissus & installa-  
tus 28. Aug. 1657. tamquam Can-  
onic. & Cantor vigore permuta-  
tionis cum *Joanne Allards* de con-  
sensu Patronorum laic. obiit ann.  
1688. aut circiter.
- Jacobus ab Oeveren* Ruræmundensis,

S. T. L, existens minoris Præb. Canonicus, ann. 1652. Decanus Ruræmund. primus a Rege Hispan. nominatus, eligitur 5. Aprilis 1658. Canon. Graduat, seu vet. corporis in locum defuncti *Ant. Boffman.* vivere desiit 19. Mart. 1686, postquam fuisset semel atque iterum Vicarius Gen.

*Egbertus Woeftingh.* J. U. L. die 15. May 1659. successit in locum *Balduini de Gaule.* Senex deceffit ann. 1699.

*Joannes Gerardus Brants* Pastor Ecclesiæ S. *Christophori* ann. 1659. in Cathedralē erectæ, ipse simul factus Canonicus, salvo jure concessio Baronibus de Cortenbach Civit. Ruræmund. Advocatis hæreditariis Canonicatum unâ cum Pastoratu conferendi, sub quâ conditione „ erectio ista canonicè facta „ est per Illustriss. Episcopum, „ quâ in perpetuum nova hæc „ Præbenda affecta erit Curæ animarum, & Possessores ejusdem „ intererunt omnibus actibus capitularibus, exceptis duobus casibus, nimirum quando agetur de conferendâ aliquâ Præbendâ veteris foundationis vel Pastoratûs, „ cujus collatio ad solos Capitulares antiqui corporis spectat, & „ quando deliberabitur super administratione bonorum & præsentiarum ejusdem veteris foundationis, servatis etiam novo huic Canon. & Pastori suis, quibus hucusque gavisus est, præsentis & priorum bonorum administratione uti & ejus successoribus. „ consule Diploma translationis, quod habetur in hâc Historiâ Ducatûs Geldriæ fol. 247. & seqq.

*Conrardus Vogels* præf. *Peregrini Vo-*

*gelii* Nepos ann. 1659. possidebat Præbendam foundationis ipsius.

*Petrus Poen* Canonicus secundæ foundationis D. *Vogelii.*

Reverendiss. Dom. *Eugenius Albertus d'Allamont* Luxemburgensis, Episcopus V. Ruræmund. Sedis suæ possessionem adiit 18. Junii 1659. postea ann. 1666. ad Cathedram Gandav. translatus, Madriti extremum diem clausit 8. Aug. 1673. ætat. suæ LXIV.

*Joannes Pollart* Ruræmundensis, filius Francisci Urbis Ruræmund. Consulis, J. U. L. in Academiâ Duac. 27. Martii 1662. electus est Canonicus veteris corporis in locum *Gerardi Boffman* defuncti. Vita functus 27. Octob. 1679.

Reverendiss. Dom. *Lancelottus de Gotsignies* Bruxellensis, Episcopus VI. Ruræmund. per Procuratorem possessionem accepit 3. Octob. 1672. Deceffit Bruxellis 25. Aug. 1673. nullâ personali Residentiâ inchoatâ. jacet ibid. in Ecclesiâ Paroch. B.M.V. de Capella in Monumento familiæ maternæ de *Verreycken.*

Reverendiss. Dom. *Reginaldus Cools* Antverpiensis, S. T. D, Ordinis FF. Prædicatorum, Episcopus VII. Ruræmund. Cathedræ suæ Possessionem cepit per Procuratorem 7. Januarii 1677. solemniter à Clero & Populo exceptus 24. Febr. ejusdem anni. hinc ann. 1700. ad Ecclesiam Antverp. translatus, obiit ibidem 2. Decemb. 1706. Vixit annos propè XC. in Ordine antè Episcopatum XXX. in Sede Ruræmund. XXIV. & Antverp. VI.

*Joannes Arnoldus Fuyren* Ruræmund. S. T. B. F. & J. U. L, electus in Canonicum vet. Corporis 9. Aprilis 1680. loco *Joannis Pollart* defuncti. Vivis exceffit ann. 1727.

*Theodorus Martinus de Haen* Ruræmund. J. U. L. die 3. Sept. 1680. Possessionem adiit Præbendæ Graduat. vacantis per obitum *Henrici Dilsen* vigore præsent. Magist. Ruræmund. Obiit ann. 1722.

*Joannes Antonius du Mont* Bruxell. J. U. L. admissus Canonicus vet. Corporis 28. Aug. 1682. in locum *Ger. Huberti*. Ann. 1686. *Jacobo ab Oeveren* successit in Decanatu. Vita functus est ann. 1708.

*Robertus Nicolaus ab Elfrack* J. U. D. in Univeritate Ticinensi apud Italos, per ann. 12. Confessarius Monialium Ursularum Ruræmund. 5. Aprilis 1686. renuntiatus Canonicus vet. Corporis loco *Jac. ab Oeveren* defuncti. Fundavit ann. 1710. Præbendam Theologalem, volens ut cæteris Canonicis graduatis seu vet. Corporis accense- retur. vivere desit ann. 1711.

*Maximilianus Antonius Gammans* Canonic. & Cantor in locum *Joann. van Lith*. ex præsent. Dom. de *Hillen*. Residentiam suam incepit 24. Juny 1688.

*Henricus Woestingh* J. U. L. in supremo Consilio Gelriæ Advocatus, electus Canonicus vet. Corporis 12. Sept. 1689. loco defuncti *Joannis Cox*. Moritur ann. 1708.

*Michaël van Dael* Canonicus & simul Præses Seminarii Episcopalis.

*Theodorus Egbertus Bloemærts* J. U. L. Canonicus secundæ fund. fuit & Decanus ab ann. 1708.

*N. . . . van Collen* electus Canonicus & Cantor ann. 1698. in locum *Max. Ant. Gammans*.

*Octavius Josephus Marechal* J. U. L. admissus Canonicus vet. Corporis ann. 1699. in locum *Egb. Woestingh*. Obiit ann. 1720.

Reverendiss. Dom. Fr. *Angelus d' Ong-*

*nyes* ex Comitibus *d'Estrées*, Ord. FF. Minorum Capucinorum, VIII. Episcopus Ruræmund. 19. Febr. 1702 ingenti honoris significatione in Cathedram introductus. Vixit ann. LXXII. Sedit ann. XXI. Moritur Brux. 9. Aprilis 1722.

*Jacobus Hyacinthus Simon* Bruxellensis, J. U. L. obtinuit Præbendam vet. Corporis ann. 1708. loco *Joann. Ant. du Mont*. Ann. 1723 a Rege Hispan. nominatus Decanus. In fata concessit ann. 1743.

*Petrus Ludovicus Joly* Antverpiensis, J. U. L. Reverendiss. Dom. Episc. *d'Ongnyes* à Secretis, ann. 1708. Canonicatum adeptus vet. Corporis in locum defuncti *Henr. Woestingh*. Hunc ann. 1714. deseruit, factus Canonicus Metropolitanæ Mechlin.

*Tilmannus Woestingh* J. U. L. ann. 1710. designatus Canonic. & Cantor per resignationem Dom. *van Collen*.

*Arnoldus Hyacinthus de Haen* Ruræmund. J. U. L. ann. 1711. inter Canonicos vet. Corporis numeratus loco *Rob. Nic. ab Elfrack*. Supremum diem clausit 17. Martii 1741.

*Judocus van der Vooren* Decretorum Licent. Canonicus & Scholasticus.

*Joannes Dominicus Portmans* Canonic. & Pastor Ruræmund.

*Cornelius van den Steen* Decretorum Licent.

*Jacobus van Breugel* J. U. L. ad Præbendam vet. Corporis admissus ann. 1714. in locum *Pet. Lud. Joly* Mechlin. Canonic. Fuit etiam Officialis Ruræmund. & Fundator novi Canonicatus æquiparandi reliquis Graduatis. Vivere desit ann. 1735.

*Servatius Dominicus le Clercq* Leodien- sis, ann. 1716 electus Canonic. grad. & Cantor loco *Tilman. Woestingh*.



*Joannes Albertus Hooff* Ruræmund.  
Pastor Ecclesiæ Cathed. & Canonic.  
recentioris fundationis.

*Joannes Franciscus Dispa* Ruræmund.  
S. T. L. in Univ. Colon. Secreta-  
rius quondam Reverendiss. Dom.  
Episc. d'Onghyes, ann. 1720. defig-  
natus Canonic. graduat. in locum  
*Oët. Jos. Marechal*, dein Scholaf-  
ticus, Examinator Synod. & De-  
canus.

*Christophorus Jacobus Ditz* Decret.  
Licent. ann. 1722. præsentatus a  
Magist. Ruræmund. ad Canonicat-  
um graduat. vacantem per mortem  
*Theod. Mart. de Haen*. Obiit ann.  
1730.

Reverendiss. Dom. Fr. *Franciscus Lu-  
dovicus de Sanguessa* Mechlin. Ord.  
FF. Minorum Recolictorum Pro-  
vincialis, è Coadjutore IX. Episco-  
pus Ruræmund. ann. 1722. Cathed-  
ræ suæ Possessionem adiit. Vixit  
ann. LXXIX. in Relig. seraphicâ  
LVIII. Sedit ann. XX. Decessit  
11. Aug. 1741.

